





SOCIÉTÉ JERSIAISE

CARTULAIRE

DE

Jersey, Guernesey, et les autres Iles Normandes :

RECUEIL DE DOCUMENTS

CONCERNANT

L'HISTOIRE DE CES ILES

CONSERVÉS AUX

Archives du Département de la Manche.

2e FASCICULE.





Jersey :
THE BERESFORD LIBRARY, LIMITED.

1919.

Nº 51.

I. Le Roi Edouard 1er demande par Geffroi de Mesnilgrente, son Procureur-Général, contre l'abbé du Mont St Michel et l'abbaye, le Manoir de St Clément dont fut saisi le Roi Jean, qui le donna à Pierre de Pierreville pour le terme de sa vie, et dans lequel après la mort dudit Pierre, les prédécesseurs dudit abbé entrèrent par intrusion et l'ont depuis détenu. L'abbé, tout en contestant l'autorité des Justiciers, soutient que son abbaye tient ledit Manoir depuis un temps immémorial, à savoir depuis le temps de Richard, Duc de Normandie, l'ancesseur de Guillaume le Conquérant, et ce sans interruption quelconque. L'autorité des Justiciers est confirmé par la Cour, après consultation avec les Jurés du Roi, les chevaliers et autres francs tenants.

Saisie du Manoir entre les mains du Roi par le Vicomte, qui doit répondre au Roi de tous les revenus affermés plus tard pour 80 livres tournois à Philippe Levesque, à Laurent de Sevenoak et à Maître Guillaume l'Engineour.

II. Lettre du Roi Edouard à Otho de Grandison, Gardien des Iles. Il lui mande qu'il a établi Henri de Guilford, Renaud de Carteret et Jean de Ditton, ses justiciers, pour tenir les plaids dans les Iles et il lui donne l'ordre de faire publier la lettre dans les villes, les bourgs, les villages, les marchés et autres lieux dans les îles. Cette lettre est datée de St André en Ecosse.

III. Supplique de l'abbé du Mont St Michel adressée au Roi relativement au Manoir de St Clément dont les Justiciers l'ont dépouillé. Il le prie de mander au Bailli de Jersey de faire faire une enquête par douze prud'hommes de la paroisse de St Clément.

IV. Mandement du Roi à Henri de Guildford de faire sans délai un rapport des causes de la saisie du Manoir entre les mains du Roi.

V. L'abbé s'inscrit en faux contre la rélation de Henri de Guildford, mais il demande que frère Richard de St Martin passe le plus tôt possible dans les îles, et que là, avec son frère Jean, Pierre de Falaise, et Nicolas de Surville, il fasse faire par les jurés et le pays une enquête dont le rapport lui soit envoyé à Londres. (1)

I. **Dominus Rex** per Gaufridum de Menilgrente qui sequi-
1305. tur pro eo etc. petit versus abbatem de Monte Sancti Michaelis in

(1) Le procès entre le Roi et l'abbaye du Mont St Michel au sujet du Prieuré de St. Clément commença en l'année 1304 et ne fut terminé que le 10 Mai 1328 par un jugement de la Cour du Banc du Roi, donnant gain de cause à l'abbaye. (Voir Nº 68. Documents vi & vii.)

periculo Maris et ejusdem loci conventum manerium Sancti Clementis cum terris et redditibus et pertinenciis suis de quo dominus Johannes Rex avus suus fuit in sesina ut de feodo et jure tempore pacis etc. et illud dedit cuidam Petro de Perrevylla ad terminum vite ipsius Petri post cujus mortem predecessores predicti abbatis intruserunt se in eodem et semper postea sic illud detinuerunt. Et predictus abbas personaliter et conventus suus per sufficientem procuratorem veniunt et dicunt quod ipsi et predecessores sui a tempore quo non extat memoria videlicet a tempore Ricardi Ducis Normannie antecessoris Guillelmi conquestoris Anglie predictum manerium tenuerunt sine aliqua interruptione istud tamen non dicendo pro aliqua responsione coram justiciariis hic facienda eo quod justiciarii per commissionem suam potestatem non habent ea que dominum Regem versus alios contingere possent petendi, prosequendi seu revocandi, nec in commissione sua predicta hujusmodi clausula nec potestas continetur. Item predictus Gaufridus qui sequitur pro Rege etc. dicit quod justiciarii hic per commissionem suam predictam personam domini Regis in sede judiciali representant et potestatem habent petendi, prosequendi et revocandi ea que super dominum Regem vel antecessores suos fuerunt quoquo modo per quoscunque occupata et injuriose detenta ; preterea dicit quod dominus Johannes Rex avus domini Regis nunc fuit in sesina de predicto manerio et de feodo et jure tempore pacis etc. et illud dedit predicto Petro de Perrevilla ad terminum vite sue sicut predictum est, unde petit quod predicti abbas et conventus respondeant predicto domino Regi ad actionem et petitionem suam etc. illas concedendo vel negando quas si negare voluerint paratus est verificare secundum quod predictum est qualitercunque justiciarii Regis et curia consideraverint. Et predicti abbas et conventus precise dicunt quod nolunt de manerio suo predicto coram justiciariis hic respondere eo quod ipsi justiciarii per commissionem suam nullam habent potestatem predictum manerium versus eos petendi eo modo quod illud petunt, nec eos ea ratione trahendi in placitum ; parati tamen erunt ob reverentiam domini Regis extra judicium justicie super hoc evidenter informare. Et predictus Gaufridus qui sequitur pro rege etc. petit judicium de predictis abbate et conventu tanquam indefensis ; postea super hoc habito colloquio cum juratis Regis mili-

tibus et aliis libere tenentibus consideratum fuit quod justiciarii suficientem habuerunt potestatem secundum consuetudinem patrie jura regis petendi et prosequendi et occupata revocandi et quod dominus Rex recuperare debuit manerium predictum versus predictos abbatem et conventum eo quod iidem abbas et conventus sesinam domini Johannis Regis avi etc. ut de feodo et jure non dedixerunt nec ad actionem domini Regis nunc aliquid responderunt nec aliquid aliud ostenderunt quare predictum manerium eis remanere debuit. Ideo preceptum est Vicecomiti quod capiat predictum manerium in manu domini Regis et illud salvo custodiat ita quod respondeat de exitibus etc. postea predictum manerium extendebatur ad quater viginti libras turonensium et traditur Philippo Le Evesque, Laurentio de Seneuk et magistro Guillelmo Lengynnour ad respondendum domino Regi de extenta predicta. (1)

II. Preceptum domini Regis recepimus in hec verba : Edwardus Dei gracia Rex Anglie, dominus Hibernie et dux Aquitanie dilecto et fideli suo Othoni de Grandisono custodi suo insularum de Jerseye, de Guernerre, Serk, Aunere vel ejus locum tenenti in eisdem insulis, salutem. Constituimus dilectos et fideles nostros Henricum de Guldefort, Raginaldum de Cartreto, Johannem de Dictone justiciarios nostros ad itinerandum ad omnia placita hac vice in insulis predictis et ad transgressos (2) et querelas omnium querentium seu conqueri volentium tam de ballivis et de ministris nostris quicunque (3) quam de ballivis et ministris aliorum et aliis quibuscunque audienda et terminanda et ad competentes emendas inde faciendas secundum legem et consuetudinem partium illarum et prout alias in casu simili fieri consuevit prout in litteris nostris patentibus eisdem Henrico, Raginaldo et Johanni inde confectis plenius continetur, vobis mandamus quod premissa in civitatibus, burgis, villis, mercatis et locis aliis infra insulas predictas ubi videritis expedire faciatis publice proclamari et prefatis Henrico, Raginaldo et Johanni in premissis sitis intendentes et respondentes prout alias in casu consimili fieri consuevit etc. Teste me ipso apud villam Sancti Andree in Scocia quindecimo die maii etc.

(1) Imprimé d'après une autre copie à la Bibliothèque Nationale de Paris, par Havet, Cours Royales, p. 202. Philippe l'Evesque, Bailli en 1309 ; au sujet de Laurent de Sevenoak, consultez le Rôle d'Assises 1309, pp. 302, 318, et pour Guillaume l'Engineour le même Rôle.

(2) *Sic ;* pour transgressus. (3) *Sic ;* pour quibuscunque.

III. Ista supplicatio facta fuit ad curiam. La grace nostre segnor le Rey requiert labbey et le convent du Mont Saint Michiel en peril de la mer et lor prior de Seint Clement de lille de Gerse cumme eus et lor predecessors fussent en la possession du temps donc memoire ne cort dun maneir o les apartenances qui est apelé la priorté de Seint Clement en ladite ille et sire Henri de Gildefort et Johan de Ditonne clers et sire Renaut de Quarteret chevalier nagueres justices en ladite ille les aient despolliez dudit maneir et des apartenances contre la ley et la coutume usée et aprovee en ladite ille por ceu que il ne volurent pas respondre devant eus de si longue possession cumme il seit en costume en ladite ille que nul nest tenu a respondre de si lonc temps sans especial mandement nostre sire le Rey. Porquoi il sopleient a nostre sire le Rey que il li plese a mander a son ballif de la ditte ille que il enquerie par douze prodes hommes de la parroesse de Seint Clement en la dite ille se il ont eu tele possession cumme il dient et se il est einsi trové que il seient entierement restablis segont la ley et la costume de lille devant dite.

IV. Mandatum domini Regis Henrico de Gildefort. Quia quibusdam certis de causis certiorari volumus super modo et causa captionis manerii abbatis de Monte Sancti Michaelis in periculo maris de Sancto Clemente in insula de Gerse per vos et socios vestros nuper justiciarios nostros itinerantes ad communia placita in insula predicta, ut dicitur, in manum nostram, vobis mandamus quod nos super modo et causa predictis distincte et aperte sub sigillo vestro reddatis sine dilatione aliqua certiores, remittentes nobis hoc breve, teste me ipso etc.

V. Sciendum est quod sub sigillo dicti Henrici habuimus inrotulamentum supra scriptum nec ab ipso potuit alio relatio impetrari, quam quidem relationem intendimus contrariam veritati prout a tergo plenius continetur ; sed quia in dubiis tucior via est eligenda necesse est ut certiorari valeamus super hiis que per juratos et patriam pro nobis et contra nos potuerint recordari, vos rogamus quatinus fratrem Ricardum de Sancto Martino quam cicius poteritis faciatis in insulas transfretare qui cum domino Johanne fratre suo, magistro Petro de Faleise [1] et magistro Nicholao de Surevilla [2] inquirentibus diligenter et secrete quod per dictos juratos et patriam tempore necessitatis poterit recordari, nos reddentes quam cicius poteritis per latorem presentium certiores, scientes quod necesse est ut infra octavas

(1) Pierre Falaise, Doyen de Jersey en 1309.

(2) Pour Nicolas de Surville, consultez le Rôle d'Assises 1309, p. 307.

Sancti Hylarii habeamus consilium et dictorum juratorum relationem apud Londonias habeamus nobis sine dilatione super hiis consilium apponere non tardetur.

[*Collationné au rôle en parchemin existant aux archives de La Manche*].

N° 52.

Vidimus de 1306 d'une lettre d'Edouard 1er, datée du 24 Octbre 1305, adressée à Nicolas de Cheney, Philippe de Ditton (1) et Jean de Carteret.

Le Roi leur annonce qu'il avait demandé, devant Henri de Guildford et ses compagnons, Justiciers itinérants dans les Iles, contre l'Abbé du Mont St Michel, le Manoir de St Clément, que le Roi Jean, son aïeul, avait donné en temps de paix à Pierre de Pierreville pour le terme de sa vie, et que par jugement de la Cour ledit manoir avait été mis en sa possession ; qu'il avait reçu, à cet égard, dans son Parlement à Westminster, une pétition de l'abbé, à qui il avait été répondu que s'il avait des droits sur le manoir, il devrait les montrer par chartes et par écrits.

L'abbé était donc venu à son Parlement à Westminster pour établir le droit de son église et avait dit que ledit manoir s'appelait autrefois la terre de Pierre Le Moine ; qu'elle fut donnée à son église par le Duc Richard dont il montrait la charte (sans aucun sceau) ainsi qu'une charte de confirmation du Roi Henri II. Il avait produit aussi une charte de Philippe d'Aubigny, Bailli des Iles, qui, en pleines assises, rendit à l'abbaye tous les droits qu'elle possédait en l'Ile de Jersey en terre et en mer. L'abbé avait ajouté que ses prédécesseurs furent toujours en possession du manoir, qui ne fut jamais dans la saisine du Roi Jean, et que ce manoir était bien la terre mentionnée dans la charte du Duc Richard, et ledit Abbé offrait de tout vérifier et prouver par l'enquête du pays.

C'est pourquoi le Roi mande à Nicolas de Cheney et ses compagnons de faire une enquête sur ces plaintes par le serment des chevaliers et prud'hommes de l'île et d'en faire rapport sans délai.

Le Roi mande aussi à Otho de Grandison, Gardien de Jersey, de faire venir devant les Justiciers-itinérants, à jour et à lieu fixés, des chevaliers et autres prud'hommes de ladite île, qui puissent dire la vérité.

(1) Voir note, p. 86.

Universis hec visuris Ballivus de Gereseye, salutem. Noveritis nos vidisse litteram excellentissimi principis domini Edwardi Dei gracia Regis Anglie non abolitam nec cancellatam nec aliqua parte sui viciatam sigillo dicti Regis sigillatam formam que sequitur continentem :

1305. Edwardus Dei gracia Rex Anglie, dominus Hibernie, dux Aquitanie, dilectis et fidelibus suis Nicholao de Cheygny, Philippo [1] de Dytone et Johanni de Cartreh, salutem. Cum nuper coram dilecto et fideli nostro Henrico de Guldeford et sociis suis justiciariis nostris tunc in insula de Gereseye itinerantibus petiverimus versus abbatem de monte Sancti Michaelis in periculo maris manerium Sancti Clementis cum pertinentiis de quo bone memorie dominus Johannes quondam Rex Anglie avus noster ut de feodo et jure tempore pacis in seisina existens illud dedit cuidam Petro de Perevilla ad terminum vite ipsius Petri sicut tunc pro nobis extitit allegatum et per considerationem Curie nostre ibidem recuperavimus manerium illud versus dictum abbatem per quod idem manerium captum extitit in manum nostram prout per recordum dicti Henrici nobis inde missum plenius nobis constat et postmodum in Parlamento nostro apud Westmonasterium die dominica proxima post festum Sancti Mathie apostoli proximo preteritum [2] ad petitionem predicti abbatis petentis sibi fieri remedium in hac parte coram nobis et consilio nostro per nuncium ipsius abbatis exhibitam responderimus quod si dictus abbas ad manerium predictum aliquod jus intelligeret se habere illud nobis ostenderet per cartas et scripta si que inde haberet quodque de jure ecclesie sue doceret plenius in hac parte. Idem abbas in Parliamento nostro apud Westmonasterium in octavis nativitatis beate Marie ultimo preteritis [3] coram nobis et consilio nostro veniens et ad docendum de jure ecclesie sue predicte admitti se petens dixit quod predictum manerium ab antiquo vocabatur terra Petri Le Moygne et quod Ricardus quondam dux et princeps Normannie [4] avus Willelmi quondam Regis Anglie conquestoris dedit loco Santi Archangeli Michaelis sito in monte qui dicitur Tumba fratribusque ibidem deo monastice famulantibus terram Petri Monachi que est in insula de Gereseye

(1) Erreur pour Jean de Ditton : voir Chartes N°s 53, 54, 55.

(2) 28 Février 1305. Comparez la pièce N°. 51. (3) 15 Sept. 1305.

(4) Richard II, le Bon, 996—1026.

proferendo quandam cartam [1] antiquam sine sigillo nomine dicti ducis donationem illam testificantem et etiam quandam aliam cartam domini Henrici quondam Regis Anglie secundi per quam idem Rex concessit et confirmavit abbacie de Monte Sancti Michaelis in periculo maris et monachis ibidem deo servientibus omnes donationes quas eis rationabiliter fecerunt antecessores sui scilicet comes Ricardus secundus et Gunnora comitissa mater ejus et comes Robertus filius predicti Ricardi et Willelmus Rex Anglie filius ejusdem Roberti et Rex Henricus filius ejus in terris et ecclesiis et decimis et redditibus et omnibus aliis rebus presertim in hiis omnibus de quibus tunc seisiti fuerunt sicut carte donatorum testantur et omnia que eis ab aliis rationabiliter data fuerunt, protulit etiam quoddam scriptum [2] sub nomine cujusdam Philippi de Albineyo quondam ballivi domini Henrici Regis Anglie in insulis ad assisas tenendas qui de mandato ipsius regis per juramentum virorum patrie legitimorum in plenaria assisa reddit abbacie predicte et ejusdem loci conventui firmiter et quiete omnia jura sua in insula de Gereseye in terra et in mari. Adjecit insuper dictus abbas quod ipse et omnes predecessores sui quondam abbates loci predicti continue fuerunt seisiti de manerio predicto cum pertinenciis a tempore donationis predicte et quod manerium illud nunquam post modum fuit in seisina domini Johannis Regis avi nostri predicti, per quod idem Rex non dedit alicui manerium supradictum sicut superius dictum est et quod idem manerium est illa eadem terra contenta in carta Ricardi quondam ducis Normannie predicti, que omnia dictus abbas verificare per patriam vel qualitercunque curia nostra consideraverit optulit se paratum. Nos igitur recitatis coram nobis et consilio nostro rationibus supradictis volentes super eisdem reddi certiores assignavimus vos ad inquirendum per sacramentum tam militum quam aliorum proborum et legalium hominum de insula predicta neutri parti suspectorum per quos rei veritas melius sciri poterit super articulis predictis plenariam veritatem et precipue si predictum manerium sit illa eadem terra contenta in carta ducis predicti sicut predictum est nec ne, et si idem manerium fuerit aliquando in seisina dicti domini Johannis Regis nec ne, et si sic tunc qualiter et quo modo quo tempore et per quem

(1) Charte N° 3, p. 6. (2) Charte N° 14, pp. 25, 26.

ad seisinam predicti Regis devenit et si idem Rex dedit predictum manerium predicto Petro sicut predictum est nec ne et si sic, tunc qualiter et sub qua forma et utrum predictus abbas et predecessores sui predicti continue fuerunt in seisina de manerio predicto cum pertinenciis a tempore donationis ducis predicti inde sibi facte sicut idem abbas asserit nec ne. Et inquisitionem inde distincte et aperte factam nobis sub sigillis vestris et sigillis eorum per quos facta fuerit sine dilatione mittatis et hoc breve. Mandavimus autem dilecto et fideli nostro Othoni de Grandisono custodi nostro insule predicte vel ejus locum tenenti quod ad certos diem et locum quos ei scire feceritis venire faciat coram vobis tot et tales tam milites quam alios probos et legales homines de insula predicta neutri parti suspectos per quos rei veritas in premissis melius sciri poterit et inquiri. In cujus rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium vicesimo quarto die octobris anno regni nostri tricesimo tercio. Per consilium.

In cujus rei testimonium ad petitionem dicti abbatis sigillum ballivie de Gereseye presentibus hiis duximus apponendum. Actum anno domini millesimo trecentissimo sexto die lune post annunciationem dominicam.

[*Collationné à l'original existant aux archives de La Manche*].

N° 53.

Supplique adressée par l'Abbé du Mont St Michel au Roi d'Angleterre.

Il expose que des gens mal-intentionnés ont représenté à Henri de Guildford et à ses compagnons, Justiciers du Roi, que le Roi Jean fut en possession du Manoir de la Prieuré de St. Clément et le donna à Pierre de Pierreville, sa vie durant ; que ledit Pierre mourut en l'Abbaye du Mont St Michel ; que l'abbé n'ayant pas répondu devant les Justiciers, la prieuré fut mise en la main du Roi ; que ledit abbé alla au Parlement de Westminster et exposa que le manoir était anciennement appelé la terre de Pierre Le Moine ; qu'elle fut donnée à son abbaye par le Duc Richard dont il produisit la charte en offrant de démontrer que le Roi Jean ne fut jamais en possession dudit manoir ; qu'en conséquence Nicolas de Cheney, Jean de Ditton, et

Jean de Carteret furent commis pour enquérir à ce sujet ; que l'enquête n'eut pas lieu suivant les termes de la commission ; que les jureurs dirent que cette terre ne fut point la terre de Pierre Le Moine dont ils n'avaient jamais entendu parler ; que l'abbé ne prétendit pas que Pierre Le Moine eût été propriétaire de ladite terre, mais qu'elle était appelée la terre de Pierre Le Moine ; les jureurs ajoutèrent qu'un Roi d'Angleterre, dont il ne savaient pas le nom, donna cette terre à Pierre de Pierreville, qui mourut au Mont St. Michel ; ils ne savaient pas si le Roi Jean fut en possession de ladite terre.

L'enquête et le procès furent mis pardevant Sire Roger le Brabanzon et ses compagnons, qui assignèrent ledit abbé à un certain jour, mais ne pouvaient procéder vu le décès du Roi.

L'abbé prie son successeur d'ordonner que l'enquête tire outre.

1308–10. **La grace** nostre segnor le Rey requert le abbe do Mont St. Mychyel ou peril de la mer comme ledit abbé et ses predecessors fussent en sessine de la priorré de Sent Clement en lisle de Gersy de tens donc memoyre ne court siques a tant que il fut proposé par procurement de haygnos(1) par devant sire Henry de Gildeford et ses compagnos nagueres justisses nostre segnor le Rey que dex assolle (2) en ladite ille que le Rey Johan fut en possession do maner de ladite prioré et le dona a Perre de Pyerevile a terme de vie lequel Pyerre les moygnes do Mont Sent Mychyel menerent a lor abbeie et morut en ladite abbeye si comme adonques esteyt propossé. Et por ce que ledit abbe ne respondi par devant les dis justisses jaceyt ce que yl propossa plusors ressons por quey il nesteyt tenu a respondre si comme il ly esteyt avis fut prinsse ladite priorré en la mayn nostre segnor le Rey que dex asolle et ledit abbé vint au parlement a Voyest-Moster es octabes de nostre Dame en lan de regne nostre segnor Le Rey que dex assolle trente troys (3) et souplia que il fust oy a son dire et propossa que ledit maner esteyt anciennement apelé la terre Perre Le Mogne et que le duc Richart de Normendie dona a labeie do Mont Sent Mychiel la terre Perre Le Mogne en lille de Gersey et mostra la chartre do dit Duc en la quele chartre la gregnor partie du fondement de ladite abbeye est contenu et mostra une autre chartre de nostre segnor le Rey Henri segont par la quele il conferma les dons

(1) = odieux. (2) = absolve (3) 15 Sept. 1305.

que ly et ses ancessors aveyent doné a la dite abbeye et propossa ledit abe que le Rey Johan ne fut onques en sessine do dit maneyr par quey il ne le dona onques audit Perre de Pyerevile : porquey sire Nicole de Cheene, sire Johan de Ditone et sire Johan de Carteret furent asignés justisses a enquerre planyere verité sus les articles desus dis et especialment se le dit maneyr est celle meysme terre contenue en la chartre do dit duc Richart et se yceli maner fut onques[1] en la sessine do dit Rey Johan et se ledit Rey Johan le dona audit Perre et en quel manyere et en quel forme ; laquele enqueste ne fut pas examinee selon la tenor de la commission, si come il apert, quer les jurors distrent que icelle terre ne fut onques la terre Perre Le Mogne si come il croyent et dient que onques noirent parler dodit Perres Le Mogne : et ledit abbe ne propossa pas que Perres Le Mogne fust onques en sessine de ladite terre, mes dist que adonc esteyt apelée la terre Perre Le Mogne, quer le duc Richart neust pas doné ledit maner a labeye se Perre Le Mogne en fust en sessine et il na nulle autre terre en celle ylle qui adonc fut apelee la terre Perre Le Mogne, ne ledit abbe na nulle autre terre en ladite ille dou don au duc Richart. Item distrent les dis jurors que un Rey dengleterre do quel yl ne sevent pas le non dona celle terre a Perre de Pyerevile do tens donc memojre ne court et les mognes le menerent a lor abbeye et morut en ladite abbeye et essi tindrent celle terre et ne distrent pas en quelle forme ne en quelle manyere celi Rey de qui il ne sevent pas le non dona celle terre audit Perre si comme il est contenu en la commission desdis justises. Idem il distrent que il ne saveient pas se le Rey Johan fut onques en sesine de la dite terre, laquelle enqueste et proces fut mis par devant sire Roger Le Brabanzon et ses compagnons a la quinzaine de la feste Sent Johan Bauptiste en lan do regne nostre segnor le Rey que dex asolle trente cinq[2] et ledit sire Roger asigna jor audit abbe a tres semaines de la Sent Mychiel ensievant[3] au quel terme ledit sire Roger ne pout aler avant ne essire fors[4] por la mort nostre segnor le Rey que dex asolle et ledit abbé porchasa bryef audit sire Roger que il procedast avant en ladite cause et ledit sire Roger respondi que il ne poeit fere

(1) = jamais. (2) 8 Juillet 1307. (3) 20 Octobre 1307.

(4) = ni issue faire.

yessue de celle cause sans parler a nostre sire le Rey et asigna jor audit abe a la quinzaine de la Sent Mychiel derenement passée (1) au quel terme ledit sire Roger ne peut pas faire yessue porce que il na pas parlé a nostre segnor le Rey de la besogne, por quey ledit abbé pria par devant le conseil que ladite enqueste seyt plus planyerement examinée si que la verite seyt descleyrie et que certeyne eyssue piesse estre efaite en celle cause, et il fut respondu que selon ce qui estoyt pleydyé ne ly poveyent faire aye par la ley sans la grace nostre segnor le Rey : por quey ledit abbé prie la grace nostre segnor le Rey que il ly plesse appardonner celle pleyderie et oir le a son dreyt, si que ladite abbeye ne seyt desheritée par mauveys procès.

[*Collationné à une copie du XIVe siècle sur parchemin existant en double exemplaire aux archives de La Manche*].

No 54.

Supplique de l'abbé du Mont St Michel au Roi d'Angleterre. L'abbé prétend que son abbaye est saisie de la prieuré de St Clément depuis cinq cents ans et plus, de par le don du Duc Richard, et il prie le Roi d'ordonner une plus ample enquête devant des hommes de loi.

A nostre Seignor le Roi monstre le seon moygne le abbé du Seynt Michel du peril de la meir que come la priourté de Seynt Clement en la islde de Jeresey, qe est celle aportenante al abbey de susdit, fust par sire Henri de Gyldeford et ses compaygnouns justices en ladite islde seisi e pris en la main nostre Seignor le Roi, pere nostre Seignor le Roi que ore est, lequeil pere a la requeiste le abbe que adunkes fust predecessor cestui que ore est, de sa grace manda sire Nichole de Cheygny, sire Johan de Dyctone et sire Johan de Cartred justices de enqueore de seon dreit et de ses auncestres Reis de Engleterre et de dreit ledit abbé et de ses predecessours en dreit de la priourté et comanda qe cele enqueiste devant lui et seon consail returnassent, laqueile enqueiste non suffisaument examinée et prise de atteindre le dreit et la verité en cele chose au dit Roi et a son consail par les ditz justices returnée ensi par colur et coverture de

(1) 13 Octobre 1308.

cele enqueiste, ladite priourté puis le premer arest tant qe en ca en la mayn nostre Seignor le Roi ad demoré en peril et desheritaunce de ladite abbeye, se de ladite grace nostre seignor le Roi eide et remedie ne seit ordiné, laqueile priourté cynk centz ans e plus[1] pur les almes Richard duk de Normandie et ses auncestres et des autres fundurs de ladite abbeye et les moygnes qe adunkes esteient fut fait e dount ladite abbeye ad este peisiblement seisie du doun de dit Richard tant qe au temps qe desus est dit; par quei prie le dit abbey de la grace nostre seignor le Roi de cest peril et damage aide et remedie qe lur dreit devant gentz sachaunz de la lei et de reson et par gentz avisez seit plus pleinement la verité enquise, ou qe la premere enqueiste seit sus ceo meus examinee et chargie que avant ne fust et que sus ceo qe purra estre trové reison lur seit faite en eovre de charité et de pité. Des diversitez et defautes hom peot en partie veer en la bille joynte a ceste en dos.

[*Collationné à l'original existant aux archives de La Manche*].

Nº 55.

Supplique de l'abbé du Mont St Michel, tendant à être rétabli dans la possession du prieuré de St Clément, et qu'il plaise au Roi de s'enquérir plus amplement sur certains points, à l'égard desquels les jureurs de l'enquête prise devant Sire Nicholas de Cheney et ses compagnons ne répondirent pas.

Ces points sont détaillés et suivis de commentaires.

La grace nostre Sire le Rei requerent labbé et le covent du Mont Seynt Michel eu peril de meer que il lui plese comander que il seient reestablez de lour priouretée de Seynt Clement en lille de Gereseye, de la quele il ont esté en seysine du tens dont memoire ne court, si cum il ad esté trové par lenqueste feste devant sire Nichole de Cheegne, sire Johan de Dittonne, et sire Johan de Cartret justices nostre sire le Rey ou que il lui plese de sa grace a fere enquere plus plenerement sus aucuns certeins points contenuz en sa commission fete as dites justices par iceaus memis ou par austris, tens cum

(1) Comme fait, moins que trois siècles.

il li plera, sur le queus pointz les jureours de lenqueste prise devant ceaus ne respondirent pas solom la teneour de la dite commissioun.

In primis, si manerium Sancti Clementis fuit in seysina abbatis et conventus Sancti Michaelis in periculo maris eo tempore quo dominus Henricus Rex Anglie secundus confirmavit donationes factas Deo et abbatie predicte prout in commissione continetur.

Item si Philippus d Aubeney quondam ballivus domini Henrici regis Anglie ad assisias tenendas de mandato ipsius Regis per juramenta virorum patrie legitimorum in plenaria assisia reddidit abbatie predicte et ejusdem loci conventui firmiter et quiete omnia jura sua in insula de Gerseye in terra et in mari.

Item si predictum manerium sit illa et eadem terra contenta in carta ducis predicti Ricardi necne, prout in commissione continetur et si dominus abbas habeat aliquas terras et tenementa alia in insula de Gersye de dono dicti ducis Ricardi.

Item graciam domini Regis implorando si dominus Rex Edwardus nunc et antecessores sui a tempore quo non extat memoria usque nunc seysiti fuerunt de viginti quinque solidis Turonensium percipiendis annuatim de manerio predicto, quod de novo venit ad memoriam dictorum abbatis et conventus per juratores qui hoc dixerunt coram justiciariis supradictis per sacramentum suum qui quidem justiciarii de hoc non fecerunt mentionem in relatione inquisitionis, eo quod de hoc non erat mentio in commissione supra dicta cum illa clausula si omnes interesse non poterint duo nichilominus exequantur.

Hee sunt evidentie per quas abbas et conventus Sancti Michaelis in periculo maris humiliter graciam domini Regis implorando petunt restitui de prioratu suo Sancti Clementis in insula de Gerseye vel saltem plenius inquiri super articulis contentis in commissione facta domino Nicholao de Cheney et sociis suis. Ad primum articulum contentum in inquisitione ubi juratores dicunt quod terra contenciosa nunquam fuit Petri Le Moyne, prout intelligunt et quod nunquam audierunt loqui de dicto Petro Le Moyne. Dicunt dicti religiosi quod a tanto tempore non potest haberi memoria, quia ab illo tempore quinquies centum anni sunt elapsi et amplius nec propositum fuit a dictis religiosis dictam terram aliquando fuisse Petri Le Moyne, sed quod tempore donationis sibi facte a duce Ricardo Normannorum vocabatur terra illa terra Petri Le Moyne.

Item dicunt dicti religiosi quod nunquam habuerunt aliam terram seu tenementum aliud in eadem insula de Gerseye de dono dicti ducis Ricardi, quare sequitur quod sit illa eadem terra contenta in carta ducis Ricardi predicti in qua carta continetur major pars fundationis ecclesie Sancti Michaelis.

Item ad secundum articulum videlicet ad hoc quod dicti juratores dicunt quod quidam Rex Anglie cujus nomen penitus ignorant dedit terram illam cuidam Petro de Perrevilla de tempore cujus memoria non extat, videtur quod non debet dictis religiosis nocere quia a tanto tempore et ex quo dictum regem nominare non possunt premissa non debent locum habere, nec ipsi juratores dicunt quomodo nec qualiter nec per quem ille rex devenit ad seysinam dicte terre, quod expresse debebat inquiri prout in commissione continetur. Dicitur tantum quod quidam Petrus de Perrevilla jam diu habuit victum suum in abbatia Sancti Michaelis ad rogatum cujusdam Regis Anglie qui per abbatem predicti loci missus fuit ad custodiendam terram illam pro tempore et postea revocatus fuit ad abbatiam supradictam. Item juratores requisiti si dominus Johannes Rex unquam fuit in seysina dicte terre sicut pro domino Rege fuerat propositum dicunt quod ignorant. Quare etc. Item dixerunt dicti juratores licet in inquisitione non fuerit relatum quod dominus Rex nunc et antecessores sui a tempore quo non extat memoria usque nunc seysiti fuerunt de viginti quinque solidis Turonensium percipiendis annuatim de manerio predicto. Quare petunt in hoc parte sibi remedium fieri secundum discretionem consilii domini Regis.

Pretextu cujus petitionis et etiam recordi predicti predictis[1] abbas per attornatum suum venit coram Rege a die Sancti Johannis Baptiste in quindecim dies et dicit quod inquisitio illa majori indiget examinatione prout in petitione illa plenius continetur et petit quod super his et aliis que inde curia informare poterit plenius examinetur etc. Et super hoc datus est ei dies a die Sancti Michaelis in tres septimanas ubicunque etc.

[*Collationné à la minute sur parchemin existant aux archives de La Manche*].

(1) *Sic*; pour predictus.

N° 56.

Mémoire d'un Avocat concernant le différend existant entre le Roi et les religieux du Mont St Michel.

Tous les témoignages s'accordent à dire que les religieux ont continuellement possédé le Manoir de St Clément. L'enquête établit qu'autrefois un Roi d'Angleterre donna les terres contestées et il n'apparaît pas que le domaine transféré par le donateur ait jamais fait retour au roi donnant ou à ses héritiers.

Le Roi ordonna de rechercher si le Roi Jean, son aïeul, avait possédé les terres en temps de paix, et s'il les avait données à un certain Pierre, sa vie durant. Il avait été aussi suggéré à Henri de Guildford et à ses compagnons que le Roi avait un droit, mais à cet égard rien n'a été prouvé. Il en suit que le Roi n'a nullement prouvé par l'enquête que les terres lui aient appartenu. Aussi le Roi ne prouvant pas que le Roi Jean ait possédé les terres en temps de paix, et les ait données à Pierre, sa vie durant, la possession qu'avaient les religieux, quand même ils n'eussent rien prouvé, eût dû leur rester d'après la loi générale. On ne peut objecter la saisine adjugée au Roi par Henri de Guildford et ses compagnons, d'autant qu'elle fut faite parce que les religieux ne voulaient point répondre contre le droit commun et la coutume en temps férié et surtout devant Renaud de Carteret, Chevalier, leur ennemi avoué, qui insinuait que le Roi Jean avait possédé et donné les terres. Ce chevalier, étant écarté comme suspect, les religieux étaient prêts à répondre. C'est pourquoi le Roi ordonna une enquête sur la cause de cette suggestion, mais cette enquête n'en a pas établi la vérité, d'où il suit que la suggestion doit être réputée pour fausse et que la saisine doit être restituée aux religieux, qui ont bâti dans ces terres un prieuré desservi par deux moines.

En outre il fut trouvé par enquête, que les religieux, par leur prévôt, ont toujours payé annuellement au Roi, à cause des terres contestées, vingt-cinq sols tournois de rente appelée *Graverie*. Si ce fait était contredit, ils seraient prêts à le prouver par les auditeurs et jurés de l'enquête. Ils supplient qu'il leur soit fait, quand ils ont tant souffert à cause de la haine que leur porte Renaud de Carteret, un mur complément de justice, selon l'esprit des lois, qui ont pour objet de terminer l'état de guerre générale.

Quod intentio virorum religiosorum abbatis et conventus Sancti Michaelis in periculo maris sit per inquestam, licet succincte

et diminute scripta sit, ad plenum ita quod sufficit probata. Liquet quoniam testes omnes dixerunt religiosos continue possedisse manerium et tenementum per tempus a quo memoria hominum non existit; tanti vero temporis possessio, licet de titulo nullo modo constaret, sufficeret secundum jura papalia et imperialia ad excludendum papam et imperatorem, istorum jurium actores, si peterent res ab aliis possessas quas certum esset olim ante tantum tempus ad ecclesiam Romanam et imperium eciam de jure communi pertinuisse. Inquesta vero dicit quod olim quidam Rex Anglie, ante tempus a quo memoria hominum non existit, dedit terras contenciosas, nec apparet dominium per donationem in recipientem translatum ad Regem donantem nec ad ejus heredes rediisse. Item dominus Rex inquiri mandavit utrum inclite recordationis dominus Johannes Rex avus suus tempore pacis terras possederat et utrum eas donaverat cuidam P. ad ejus vitam possidendas. Hoc modo fuerat subgestum domino H. de Guidefort et ejus sociis dominum Regem jus habuisse et habere, de qua suggestione nichil est probatum per inquestam ex quo necessario sequitur quod dominus Rex per inquestam nullo modo probavit terras ad se pertinere et sic domino Rege qui in assisiis terras hujusmodi peciit quare dominus Rex Johannes tempore pacis eas possederat et cuidam P. ad vitam dederat causam petendi nullo modo probante, possessio quam tunc habebant religiosi, eciam si nichil probassent, cujus contrarium verum est, quoniam probarunt possessionem continuam temporis a quo memoria hominum non existit debet eis liquidasse, restitui et remanere per legem generalem, Codex de Edendo, liber secundus, Qui acusare volunt etc. nec obstare potest si seisina per dictum H. et ejus consocios fuit domino Regi adjudicata, quoniam hoc fuit factum quia ipsi religiosi super hereditate sui monasterii contra jus commune patrieque consuetudinem non volebant respondere tempore feriato, propter messes, maxime coram domino Raginaldo de Carteret, milite, eorum manifesto et notorio adversario, falso et per odium publice suggerente consociis suis dominum Johannem Regem dictas terras, ut predictum est, possedisse et donasse, quo milite, ut suspecto, remoto parati erant religiosi coram aliis respondere, per quam saisinam et judicium non fuit dominium translatum in dominum Regem, et idcirco ipse dominus Rex tanquam bonus et justus judex mandavit inquiri de causa suggestionis utrum erat vera

vel falsa, de cujus veritate nullo modo patet per inquestam, ex quo necessario sequitur quod hujusmodi suggestio debet falsa reputari et quod, ea non obstante, debet saisina restitui religiosis predictis qui in dictis terris prioratum edificarunt et per duos commonachos suos habitari et officiari fecerunt, nullo commodo temporali ad suum monasterium proveniente per tempus a quo memoria hominum non existit, per que sic falso suggesta dicti religiosi dampnificati fuerunt in quadruplum et ultra quam valeret dictus prioratus si perpetuo venderetur. Preterea per inquestam fuit repertum, licet non fuerit scriptum, quod religiosi per suum prepositum domino Regi pro terris contenciosis semper hactenus solverunt viginti quinque solidos Turonensium annui redditus qui vocatur Graverie,[1] quem titulum possidendi dicti religiosi probabiliter ignorabant quousque fuit detectus per inquestam, quem titulum sic repertum, si negaretur, parati essent religiosi per auditores et juratos inqueste probare supplicantes humiliter sibi per premissa gravissime dampnificatis ex odio procurante predicto milite, fieri super eis maturum justicie complementum advertendo quod leges et consuetudines totius mondi conveniunt ad defendendum in sua possessione cujuscunque condicionis homines qui continue qualitercunque possederunt per tempus a quo memoria hominum non existit ad quod statuendum moti fuerunt omnium legum, canonum et consuetudinum conditores ob hanc necessitatem quoniam alias nullus esset finis litium et guerrarum possentque homines dicere redire volumus et possumus ad legem naturalem primevam per quam omnia bona hujus mondi erant omnibus hominibus communia, ex quo sequeretur sicut inter pisces maris bellum commune et humane nature destructio generalis.

[*Collationné à la minute sur parchemin existant aux archives de La Manche*].

N° 57.

Lettre, datée de Berwick sur la Tweed, d'Edouard II à Othon de Granson, Gardien des îles de Jersey et Guernesey.

Il lui a été représenté par l'abbé du Mont St Michel que Adam del Clif, chevalier de Robert, Duc de Normandie, avait donné à son abbaye après la mort du Duc, une terre de trois charruées en

(1) Au sujet de cette rente de 25 sols, consultez les Extentes de 1274, p. 28, et de 1331, p. 40.

la paroisse de St Clément avec toutes les appartenances, droits de péage etc., terre que le donateur tenait du Duc pour son service; que depuis deux cents ans et plus il avait été fondé sur la terre ainsi donnée un prieuré, appelé communément de St Clément, tenu par l'abbaye en aumône perpétuelle et jusqu'à présent en paix, mais que dernièrement les juges itinérants, Henri de Guildford et Jean de Ditton avaient mis en la main du Roi ce prieuré sans motif raisonnable. Il en est demandé restitution.

Le Roi ordonne à Othon de Granson de faire une enquête à cet égard et de lui en faire rapport, afin qu'il puisse faire droit audit abbé.

1313. **Edwardus** Dei gracia etc. dilecto et fideli suo Otoni de Grandisono custodi suo insularum de Geresoy et de Gernesoy vel ejus locum tenenti, salutem. Ex parte abbatis Sancti Michaelis de Monte nobis est conquerendo monstratum quod cum quidam Adam del Clivo quondam militis[1] bone memorie Roberti[2] tunc Normannorum ducis, postquam idem dux in fata descessit, de licentia filii et heredis predicti ducis mortui dedisset inter alia Sanctissimo Archangelo Michaeli et abbati loci predicti pro redempcione anime sue et parentum suorum terram trium carucatarum in parrochia Sancti Clementis cum pertinenciis in dicta insula de Gersey cum theloneo et toto terrarum usufructu, quam quidem terram cum pertinenciis idem Adam habuit de dono predicti Roberti Ducis pro servicio sibi facto: et postmodum in terra predicta ducentis annis et amplius jam elapsis quidam prioratus qui prioratus Sancti Clementis vulgaliter nuncupatur fundatus fuerit et adhuc ibidem existat, ac licet predictus abbas et predecessores sui abbates abbathie predicte prioratum et terram predictos cum pertinenciis in puram et perpetuam elemosinam a tempore donationis predicte et fundatione dicti prioratus pacifice tenuerunt et quiete, nichilominus Henricus de Gildeford et Johannes de Dittone justiciarii domini Edwardi quondam Regis Anglie patris nostri ad assisias capiendas in dictis insulis assignati ad procurationem quorumdam emulorum predicti abbatis, prioratum et terram predictos cum pertinenciis in manum ipsius patris nostri absque causa rationabili capi fecerunt et adhuc in manu nostra sic existunt, propter que

(1) *Sic; pour* miles.

(2) Robert le Magnifique, puisque le fils de Robert Courte-Heuze n'avait pas le pouvoir d'accorder telle licence.

nobis est cum instancia supplicatum ut terram et prioratum predictos cum pertinenciis velimus abbati restituere memorato; volentes igitur super omnibus et singulis prenotatis necnon et super causa captionis terre et prioratus predictorum in manum dicti patris nostri et utrum ex eadem causa an ex alia terra et prioratus predicti in manu nostra adhuc existant per vos plenius effici certiores, vobis mandamus quod habita super premissis informatione pleniori factaque super aliis si necesse fuerit inquisitione diligenti, nos inde reddatis sub sigillo vestro parcium illarum distincte et apperte certiores, hoc breve nobis remittentes ut extunc inde prefato abbati inde fieri faciamus quod de jure fuerit faciendum. Teste me ipso apud Berewycum super Twedam.

[*Collationné à une copie, du XIV*e *siècle, sur parchemin, existant aux archives de La Manche*].

N° 58.

Lettre, datée de Westminster, le 10 Novembre 1314, du Roi Edouard II, à Othon de Granson.

Il lui commande d'obéir à ses ordres, contenus dans la lettre N° 57, et de lui transmettre le résultat de son enquête.

NOTA : Dans cette lettre Adam del Clivo est appelé Adam de Sclivo.

1314. **Edwardus** Dei gracia Rex Anglie dominus Hybernie et dux Acquitanie dilecto et fideli suo Octoni de Grandisono custodi insularum de Guernereio et de Gerseio vel ejus locum tenenti, salutem. Ex parte dilecti nostri in Christo abbatis Sancti Michaelis de Monte nobis est conquerendo monstratum quod cum quidam Adan de Sclivo quondam miles bone memorie Roberti tunc Normannorum ducis, postquam idem dux in fata decessit, de licencia filii et heredis dicti defuncti ducis defuncti dedisset inter alia Sanctissimo Michaeli Archangelo et abbati loci predicti pro redemptione anime sue et parentum suorum terram trium carucarum in parrochia Sancti Clementis cum pertinenciis in dicta insula de Gerseyo cum tholoneo (1) et toto terrarum usufructu, quam quidem terram cum pertinenciis idem Adan

(1) = péage (en anglais, toll).

habuit de dono dicti Roberti ducis pro servicio sibi facto ; et postmodum in terra predicta ducentis annis et amplius jam elapsis quidam prioratus qui prioratus Sancti Clementis vulgaliter noncupatur fundatus fuerit et adhuc ibidem existat ; ac licet predictus abbas et predecessores sui abbates abbatie predicte prioratum et terram predictos cum pertinenciis in puram et perpetuam elemosinam a tempore donationis predicte et fundatione dicti prioratus pacifice tenuerunt et quiete, nichilominus Henricus de Guildeford et Johannes de Dyttone nuper justiciarii domini Edwardi quondam Regis Anglie patris nostri ad assisias in dictis insulis capiendas assignati ad procurationem quorumdam emulorum predicti abbatis prioratum et terram predictos cum pertinenciis in manum ipsius patris nostri absque causa rationabili capi fecerunt qui adhuc in manu nostra sic existunt, propter que nobis est cum instancia supplicatum ut terram et prioratum predictos cum pertinenciis velimus abbati restituere memorato ; volentes igitur super omnibus et singulis prenotatis per vos effici plenius certiores, vobis mandamus sicut alias mandavimus quod habita super premissis informatione pleniori factaque super illis, si necesse fuerit, inquisitione diligenti nos inde reddatis sub sigillo nostro (*sic*) parcium illarum distincte et aperte certiores vel causam nobis significetis quare mandato nostro alias vobis inde directo parere noluistis, remittentes nobis hoc breve ut extunc prefato abbati inde fieri faciamus quod de jure fuerit faciendum. Datum apud Westmonasterium decima die novembris, anno regni nostri septimo.

[*Collationné à une copie du XIVe siècle, sur parchemin, existant aux archives de La Manche*].

N° 59.

Supplique adressée au Roi d'Angleterre par l'abbé du Mont St Michel qui, ayant retrouvé la charte de fondation du prieuré de St Clément, demandait à être entendu de nouveau ; mais Othon de Granson répondant qu'il ne mettrait pas à exécution le bref qu'il avait reçu à ce sujet, par ce que la chose n'était pas de son fait, l'abbé prie le Roi de faire enquérir par Nicolas de Cheney et Jean de Carteret, qui ont été autrefois justiciers en cette cause.

Circa 1315. **A nostre** Segnor le roy d Engleuterre soupplееnt labbe et le convent deu Mont Seint Michiel eu peril de la mer comme yl fussent en possession deu tens donc memoire ne cort de la prioré de Saint Clement en lille de Gersoy laquille prioré fut prise en la mayn nostre segnor le Roy que dex asolle par procurement de haygnos par devant sire Henri de Guideford et ses compagnos adonques justisses en la dite ylle et puys ne la recouvrerent por cen que la cause ne fut pas sagement pledye et que il ne mostrerent pas une chartre que il ont de novel trovee deu fondement de ladite prioré ; porquoy il requierent en charité et en pitié la grace nostre segnor le Roy que il li plese a pardonner lour le ygnorance et mander que il souyent oyz de novel a lour droit, si que la dite abeye ne soit pas deseritée par mauvais proces et que la verité soit desclerée et comme il eussent porchacié brief de nostre segnor le Roy envoé à mysire Ote de Grantson ou a son luytenant en ladite Ille por enquerre la verité soron la tenor de ladite chartre novelement trovee, et ledit sire Ote eit respondu que il ne le mestra pas a execution por cen que ce nest pas son fait, ledit abé et convent prient et requierent la grace nostre segnor le Roy que il li plese a mander a sire Nichole de Cheene ou a syre Johan de Quarteret, chevaliers, qui ont esté autrefoys justices en cele cause, que il enquerent la verité des choses desusdites, si que deue yssue en puisse estre faite et cen que il en troverent pour dret faire, envoyent a la cort pour en ordener ce que le noble conseil nostre segnor dengleuterre verra a ordener.

[*Collationné à une copie du XIVe siècle, sur parchemin, existant aux archives de La Manche*].

No. 60.

Lettre du 6 Juin 1323, de Gérard de Evrous (d'Orons ou Derous)[1] à Henri de Clif.[2]

Il lui mande que M. de Granson vint aux Iles au château de Jersey le 1er Juin[3] et il l'invite à venir, parce que M. de Granson a grand désir de le voir. Il ajoute que l'abbé du Mont St Michel a

(1) Gérard d'Orons était Lieutenant d'Othon de Granson, dont il était le neveu.

(2) Henri de Clif était un des justiciers itinérants en 1323. L'année suivante il avait pour collègue Guillaume de Leicester.

(2) Cette visite de M. de Granson en 1323 fut la seule qu'il fit aux Iles pendant son long gouvernement de 1275 à 1328. Il avait alors au moins 85 ans. Il séjourna à Jersey jusqu'à l'automne. Le 6 Octobre il était à Guernesey avec Gérard d'Orons. (Voir Ancient Petitions, Soc. Jer., p. 33). Pour une biographie complète de ce gardien, voir Transactions of the Royal Historical Society, 3rd series, vol. 3, p. 185.

l'intention d'envoyer du monde par devers le Roi pour impétrer grâce sur la "detenance" du Manoir appelé la Prieuré de St Clément, sur lequel le Roi ne paraît pas avoir grand droit.

Une lettre semblable fut adressée à Sire Guillaume de Leicester.

1323. A son tres chier ami mastre Henri de Clif le son[1] Girard de Evrous saluz et vraie amor. Chier sire, sachez que Monsieur de Grantson vint as illes au Chastel de Gersuy[2] le premier jor deu mois de Juyn, le quel a tres grant desir de vos vaer et de vostre venue, por quoy, chier sire, je vos pry tant comme je puis, que vos plaise haster de venir et de amener tel compaignon o vos comme vos saveiz que mestier est. Chier sire, labbey du Mont Saint Michiel entent de envoyer aucun de sa gent par devers nostre Sire le Roy por empetreir aucune grace sus la detenance dun manoyr appeley la priourey de Saint Clement sus laquele detenance plusors bonnes genz deu pais dient que le Roy nostre Sire na pas grant droyt, et je maimes, por tant comme je me suy enformé de la chose. le croy vraiement. E vos le sauroyz plus plainement à la grace de Diex à vostre venue es illes. Porquoy, chier sire, je vos pry que il vos plaise au mesage deu dit abbé portant ces letres estre gratious et conseillant en manere comme mestier li sera a esploiter ladite besoigne par devers nostre Sire le Roy, et vroyement, chier sire, il sont bien tels genz qui le saront bien guerredonner en lieu et en temps et vraiement se sera grant aumosne de ayder lour. Adieu, Sire, qui vos gart. Escriptes le sixiesme jour de jugn.

A Sire Guillaume de Lecestre, en mesmes la forme comme desus est dit.

[*Collationné à la minute en parchemin existant aux archives de La Manche*].

No 61.

Lettre du Roi Edouard II, datée du 16 Avril 1324 et adressée à Henri Le Scrop et à ses compagnons, justiciers.

L'abbé du Mont St Michel lui a exposé que le Roi Edouard Ier avait réclamé contre l'abbé, son prédécesseur, devant Henri de Guildford et ses compagnons, le Manoir de St Clément ; que ce Manoir fut

(1) Le sien. (2) Le Château de Mont Orgueil.

saisi dans la main du Roi contre l'abbé, qui ne s'était pas défendu ; qu'il en est encore saisi parce que l'abbé ne voulut point répondre devant la Cour ; mais l'abbé actuel, désirant poursuivre l'affaire, a prié le Roi de faire faire une enquête.

Le Roi a envoyé la demande à Henri Le Spigurnel et à ses compagnons, en lui recommandant l'enquête, qui a eu lieu ; et quoiqu'elle ait démontré que les abbés du Mont St Michel ont été saisis du Manoir de St Clément toujours et sans interruption, les justiciers n'ont point cru devoir rendre leur jugement et ils ont renvoyé l'abbé par devant Henri le Scrop à qui ils ont adressé les pièces du plaids, mais Henri le Scrop, ayant considéré que l'abbé avait demandé le *Prieuré* de St Clément et que le Roi Edouard Ier avait recouvré le *Manoir* de St Clément, n'avait pas cru devoir aller plus loin, à cause de cette différence dans la dénomination,

C'est pourquoi, sur la demande de l'abbé, le Roi mande audit Henri le Scrop d'examiner les pièces du procès et de faire en pareil cas ce qu'il y aura à faire.

1324. **Edwardus** Dei gracia Rex Anglie, dominus Hibernie et dux Aquitanie dilectis et fidelibus suis Henrico Le Scrop et sociis suis justiciariis nostris ad placita coram nobis tenenda assignatis salutem. Monstravit nobis dilectus nobis in Christo abbas de Monte Sancti Michaelis in periculo maris per peticionem suam coram nobis et consilio nostro exhibitam quod cum celebris memorie dominus Edwardus quondam Rex Anglie pater noster in curia sua coram Henrico de Guldeforde et sociis suis dudum justiciariis ipsius patris nostri itinerantibus in insula de Jereseye petivisset versus tunc abbatem loci predicti predecessorem ipsius abbatis manerium de Sancto Clemente cum pertinenciis in insula predicta, quod quidem manerium idem abbas et predecessores sui abbates loci illius a tempore quo non extat memoria tenuerant tanquam prioratum ad ecclesiam suam de Monte Sancti Michaelis pertinentem, et manerium illud in eadem curia per considerationem ejusdem curie versus predictum abbatem tanquam indefensum recuperasset, per quod manerium illud virtute consideracionis predicte in manum dicti patris nostri captum fuit et sic adhuc in manu nostra existit, ac pro eo quod consideracio predicta non discusso de jure ecclesie predicte de Monte Sancti Michaelis propter necgligentiam ipsius abbatis nolentis inde in dicta curia respondere

facta fuit, sicut per recordum et processum inde habita plenius apparet, ad prosecutionem ipsius nunc abbatis per aliam peticionem suam nobis supplicantis ut de jure suo et ecclesie sue predicte vellemus de gracia nostra inquiri facere veritatem et hiis inde justiciam exhibere, dilectis et fidelibus nostris Henrico Le Spigurnel et sociis suis justiciariis nostris nuper itinerantibus in insula predicta eandem peticionem in brevi nostro inclusam transmisimus, mandantes eisdem quod inspecta peticione predicta et visis recordo et processu predictis, inquisitaque, si necesse esset, super jure ipsius abbatis et ecclesie sue predicte plenius veritate, ulterius inde facerent justicie complementum, et licet per inquisitionem coram prefato Henrico Le Spigurnel et sociis suis predictis captam compertum fuisset quod predictus abbas predecessor nunc abbatis et predecessores sui abbates loci predicti ante considerationem predictam seisiti fuerunt de manerio predicto ut de jure ecclesie sue predicti a tempore cujus contrarii memoria non existit, absque interruptione temporis, idem tamen justiciarii ad judicium inde reddendum procedere noluerunt, set ipsum abbatem ad audiendum judicium suum inde coram nobis in crastino purificationis beate Marie proximo preterito adjornarunt et recordum et processum placiti predicti vobis miserunt, ac vos visis recordis et processibus predictis perpendentes quod prefatus abbas in petitione et brevi predictis prioratum de Sancto Clemente pecierat et quod predictus pater noster manerium de Sancto Clemente recuperaverat, propter hujusmodi diversitatem ulterius in negocio predicto procedere distulistis, super quo nobis supplicavit ut sibi de gracia nostra faciamus de remedio provideri, nos volentes in hac parte fieri quod justum est vobis mandamus quod visis et examinatis recordis et processibus supradictis, auditisque ipsius abbatis rationibus in hac parte ulterius in premissis fieri faciatis quod fore videritis faciendum. Teste meipso apud Fulm̃ (1) sexto die Aprilis anno regni nostri decimo septimo.

[*Collationné à une copie du XIVe siècle sur parchemin existant aux archives de La Manche*].

No 62.

Pétition adressée par l'abbé du Mont St Michel au Roi Edouard III et à son Conseil.

(1) Fulmer, dans le comté de Buckingham.

L'abbé lui rappelle les phases du procès concernant le Manoir de St Clément ; manoir que les abbés ses prédécesseurs avaient toujours possédé comme *prieuré* et que le Roi avait nommé en son bref, Manoir de St Clément. A cause de cette diversité les Justiciers avaient différé de faire droit, mais le parlement avait ordonné que l'on passât outre, malgré cette différence de dénomination. En conséquence l'abbé demande que l'on aille à plénière discussion de la besogne et que son prieuré lui soit restitué.

Sur cette pétition et vu la réponse du parlement, le Roi par bref du 26 Mars 1326 mande à Geoffrey le Scrop et ses compagnons justiciers, de procéder plus avant, pourvu qu'ils ne rendent pas leur jugement sans consulter le Roi.

Set la peticion qe fust mys ore en Parlement por labbe du Munt Seynt Michel en péril du mer.

1327. **A nostre** Seignor le Rey et a son conseil prie labbe du Munt Seyn Michel en lisdle de Gerseye (1) que come Sire Edward jadis Roi dengleterre ayel nostre seignor le Roi qe ore est porta bref de dreit devaunt sire Henry de Guldeforde et ses compaignons adonques justices errantz en les isdles devers labbé du Munt Seynt Michel que adonques feust del manoir de Seint Clement en ladiste isdle, le queu manoir ledit abbé et ses predecessours avoient tenuz du temps dont il nad memore come priorie de Seynt Clement et por ce queil ne sembleit pas audist abbé vers qi ledit bref fu porté qil devoit a ce respoundre fut agardé qil feust nundefendu, par quey ledit manoir fu pris en la meyn ledit Roi le aiel et unqore demert en la mayn nostre seignor le roi qe ore est, Et tout seit ce qe ledit abbé qe ore est ad suy en devers parlementz en temps nostre seignor le Roi qe fust davoir remedie et mandé fust a Henry Spigurnel et as autres justices qui fuerent erranz en les dites isdles qils feissent enquerre deu droit ledit abbé et ils eient enquis et trové que ledit lieu que li dit Roi lael noma en son bref manoir estoit priorie apartenant a ladite abbeie ; sur queu chose ledit abbé feust ajourné devant le dist Roi le preie de oir son jugement, iadumeins (2) por ce que les justices le Roi troverent que le recoverir ledit Roi laiel feust du manoir et la peticioun dudit abbé fist mencion de priorie ils ont sursis par cele

(1) *Sic.* (2) = cependant.

deverseté de faire droit tancques en cea par quey ledit abbé suyst nadgaires en parlement lan dixnoef le Roi le peire et pria sur ce remedie et luy fust ordyné bref a les ditz justices que veu et examiné pleinement ladiste besoigne pendante devaunt eux alassent avant a plenir discusion de ladite besoigne nent contre esteant tele diversité, le queu bref par divers moemants qui vendrent en Realme fust nient suy ; par quey ledit abbe prie a nostre seignor le Roi et a son conseil por Dieu que eiant regard a ce que ledit lieu fu priorie et nemye manoir quant il fust issuit recovrey et a ce que ledit Roi laiel navoit nul droit navoir poait, que comandé seoit as justices nostre seignor le Rei que ore sont devaunt quex la besoigne or pent, que sil pussent trover que ledit lieu fust priorie et nemie manoir et que cele priorie feust appartenant a la dite abbeie du tenps dont il ny ad memore si que ledit Roi lael ne poat droit clamer que nient contre esteant cele recoverir ne la dite diverseté il aillent avaunt a pleuir discussion de ladite besoigne et que sa dite priorie li seit restitue.

La response du parlement : Soit maundé bref a les justices le Roi que veu et regardé le procès devaunt eux etc. aillent a plener discussion de la besoigne solonc ce que il verrunt par reison issuit qil ne aillent mye au juggement rendre sans conseiller le Roi.

Set le breff qe est ordyné suz la peticion.

1327. **Rex** Galfrido le Scrope et sociis suis justiciariis nostris ad placita coram nobis tenenda assignatis salutem. Monstravit nobis dilectus nobis in Christo abbas de Monte Sancti Michaelis in insula de Jerseye[1] quod, cum dominus Edwardus nuper Rex Anglie avus noster implacitasset per breve suum derecto coram Henrico de Guldeforde et sociis suis tunc justiciariis ipsius avi nostri itinerantibus in insula predicta et aliis insulis adjacentibus tunc abbatem loci predicti predecessorem predicti abbatis de manerio de Sancto Clemente in dicta insula de Jerseye, quem quidem locum predictus tunc abbas et omnes predecessores sui ut prioratum de Sancto Clemente ad abbatiam predictam pertinentem et non ut manerium a tempore quo non extitit memoria, ut dicitur, tenuerunt, et pro eo quod prefato tunc abbati non videbatur quod ad hujusmodi breve respondere deberet, consideratum fuit quod ipse tunc abbas haberetur pro non defenso,

(1) *Sic.*

per quod dictum manerium in manu dicti avi nostri captum fuit et in manu nostra adhuc sic existit ; et licet prefatus nunc abbas postmodum ad diversa parliamenta domini Edwardi nuper Regis Anglie patris nostri prosecutus fuisset de remedio super hoc habendo, et mandatum fuisset Henrico Le Spigurnel et sociis suis nuper justiciariis dicti patris nostri itinerantibus in insulis predictis quod de jure prefati abbatis in hac parte inquirerent, et quod per inquisitionem inde captam compertum fuisset quod predictus locus nominatus manerium in brevi dicti avi nostri fuit prioratus pertinens ad abbatiam predictam, prefatusque abbas super hoc ajornatus fuisset coram dicto patre nostro judicium suum super premissis auditurus, nichilominus tunc justiciarii ipsius patris nostri ad placita coram eo tenenda assignati pro eo quod ad inquisitionem hujusmodi invenerunt quod recuperare dicti avi nostri fuit de manerio et peticio ipsius abbatis super justicia sibi in premissis facienda mentionem faciebat de prioratu ulterius quicquam facere in negocio illo ex causa diversitatis predicte voluerunt, per quod predictus abbas per peticionem suam coram nobis et consilio nostro exhibitam jam nobis supplicavit ut habita consideratione ad hoc quod locus predictus tempore recuperationis predicte fuit prioratus et non manerium et quod abbates loci predicti locum illum ut prioratum et non ut manerium a tempore quo non extitit memoria tenuerunt pacifice et quiete, quodque dictus avus noster jus aliquod ad locum predictum habere non potuit, justiciam eidem abbati super premissis fieri faciamus ; nos quod justum fuerit fieri volentes in hac parte vobis mandamus quod viso et inspecto processu negocii predicti sic pendentis coram nobis, ut dicitur, ulterius ad plenariam discussionem ejusdem procedatis prout de jure fore videritis faciendum, proviso tamen quod ad judicium inde reddendum nobis inconsultis nulla-tenus procedatur. Teste me ipso apud Westmonasterium vicesimo sexto die Marcii anno regni nostri primo. Per peticionem de Consilio.

[*Collationné à une copie du XIVe siècle sur parchemin existant aux archives de La Manche*].

No 63.

Lettre de l'Abbé du Mont St Michel au Prieur d'Otterton (comté de Devon, Angleterre).

L'abbé le prie de veiller à la poursuite du procès concernant le Prieuré de St. Clément et lui représente que le Roi lors de son avènement au trône doit être plus généreux à dispenser ses faveurs ; il devra recommander le cas à la Reine Isabelle (mère) ou à ses familiers, puisque l'abbé espère son appui ; il devra aussi obtenir des brefs de procuration adressés à l'abbé de Lessay ou autre abbé du voisinage du Mont St. Michel, afin que l'abbé puisse comparaître devant les Juges itinérants.

1327. **Ex parte** abbatis et conventus Montis Sancti Michaelis priori de Autritonia salutem et sinceram in Domino karitatem. Vos rogamus quatinus in prosecutione processus nostri prioratus de Sancto Clemente quem vobis per latorem presentium transmittimus viriliter agendo vigilare velitis confidens et sperans cum Dei adjutorio vestrum desiderium optinere, maxime cum novus Rex in nova creatione majestatis sue secundum rationem largior esse debeat in graciis faciendis, casumque nostrum reique geste modum domine Regine Anglie Ysabelle seu ejus familiaribus pandere non dubitetis quoniam ipsam speramus favorabilem nobis esse : consiliumque peroptimum conducatis non dubitantes spargere larga manu quo proficere posse videritis scientes pro certo quod quicquid in hujusmodi expeditione expenderitis vobis eciam cum gratiarum actione primitus deducetur. Preterea namque ne oblivioni detur vestre memorie reducimus, ut impetretis brevia attornationis directa ad abbatem de Exaquio[1] vel ad alium proximum nostrum quem videritis esse bonum ut possimus comparere per procuratores vel attornatos in regno Anglie et in insulis coram judicibus quibuscunque, cum hoc etiam, si fieri possit, impetretis quoddam breve ut possimus per procuratores coram judiciariis errantibus in insulis Gersoii et Guernerroii comparere si ad hoc necessitas se offerret. Valeatis in Domino Jesu Christo. Statum vestrum et patrie processusque nostri nobis quam cicius potueritis rescribatis. Valeatis ut supra.

[*Au dos :* thome Lotellier latori presencium pro expencis decem solidos].

[*Collationné à l'original existant aux archives de La Manche*].

(1) de Lessay.

Nº 64.

Lettre de Jean, Abbé du Mont St Michel, au Prieur d'Otterton (comté de Devon, Angleterre).

L'abbé lui envoie copie d'un bref du Roi d'Angleterre et du record du procès concernant le prieuré de St Clément, qui a été entendu pardevant Henri Spigurnel et Guillaume de Denon. L'abbé le prie de faire poursuivre l'affaire par son sénéchal, d'autant que Jean de Carantilly, qui avait été désigné pour la poursuivre, ne pouvait pour le moment s'embarquer. L'abbé avertit le prieur que J. de Cantorbéry et J. de Trevignon sont de son Conseil à la Cour et qu'ils connaissent les mérites de la cause. Si le record dudit Spigurnel, que les clercs de la Cour du Haut Banc doivent trouver sous la 17e année du Roi Edouard II, ne se trouvent pas, il faudrait obtenir un bref de Guillaume Scrop pour le Chancelier ou pour Henri Spigurnel.

Circa 1327.

Frater Johannes permissione Divina humilis abbas Montis Sancti Michaelis priori nostro de Otritonia salutem et dilectionem. Dominus Rex Anglie nobis concessit breve quod vobis transmittimus una cum copia ejusdem ac recordi processus negocii nostri prioratus de Sancto Clemente facti coram Henrico Spigournel nuper et ultimo justiciario ad insulas destinato G. de Denan secum associato. Quod quidem breve cum copia ejusdem ac recordi predicti ad illum finem vobis transmittimus ut dictum negocium per senescallum vestrum aut alium ad hoc ydoneum prosequi faciatis, scientes quod ad prosecutionem hujusmodi fratrem Johannem de Karantilleyo misissemus, sed ex certa causa non potest ad presens ibidem commode transfretare. Inde est quod vobis mandamus rogantes nichilominus quatinus dictum negocium vos cordi habentes personam ad hoc ydoneam, sapientem et fidelem et omnia ad hoc necessaria ministretis. Speramus enim viso tenore dicti brevis et recordo predicto per Dei graciam nostrum habere optatum de dicto prioratu licet multum constet, sed quicquid in his impenderitis ita gratanter aut libencius etiam vobis discumputabimus tempore opportuno ac si dictam nobis peccuniam mitteretis ; set sciatis quod J. de Cantebruie et J. de Trevegnon sunt de consilio nostro apud Curiam et merita cause noverunt et dicatis noncio quod mittetis ob hoc ad curiam quod recordum dicti Spygournel inveniet cum clericis de alto bancho de anno regni Regis Edwardi

filii Regis Edwardi septimo decimo et si dicti clerici dictum recordum non valeant invenire impetret vester noncius breve a Guillelmo Scrop transmittendum cancellario vel Henrico Spygournel, quia dictus Guillelmus Scrop negocium non expediet nisi habito respectu ad breve sibi missum et tenorem recordi predicti. In Domino valeatis. De statu vestro ac prioratus et pertinenciarum cicius quod poteritis nos certiorare curetis.

[*Au dos :* Michael Bequepais lattor presencium. Pro expensis decem solidos].

[*Collationné à l'original existant aux archives de La Manche*].

N° 65.

Lettre de Jean, Abbé du Mont St Michel, à Ogier, Prieur d'Otterton (comté de Devon, Angleterre).

L'abbé le prie de lui envoyer le plus d'argent possible, parce que l'abbaye n'a pas eu, depuis sa fondation, à subir autant d'oppressions, de pestes et d'accidents que dans ces derniers temps ; il le prie aussi de se rappeler le prieuré de St Clément en Jersey ; et de lui envoyer des lettres patentes de procuration pour les Iles. L'abbé lui annonce en outre qu'à l'occupation des guerres le Roi a fait saisir le temporel du Prieuré du Valle et les dépendances de Noirmont en l'Ile de Jersey, ainsi que l'aumône de St Clément. Il le prie d'obtenir pour tous ces biens un bref de délivrance, ainsi que pour les arrérages des revenus.

1327. **Frater** Johannes Divina permissione humilis abbas et conventus monasterii Montis Sancti Michaelis dilecto nobis in Christo fratri Ogero priori de Octritonia salutem et dilectionem. Mandamus vobis nichilominus vos rogantes quatinus plus quod poteritis nobis peccuniam transmittatis, scientes pro certo quod a tempore fundationis abbatie tot oppressiones et dampna et casus fortuiti non evenerunt abbatie sicut nuper evenerunt. Utinam vos sciretis, tantum igitur super hiis faciatis quod a deo mercedem eternam et a nobis omnibus graciam et favorem obtinere possitis. Preterea recolatis de prioratu nostro de Sancto Clemente in insula Gersoii si aliquod breve ob hoc utile consideratis processibus inde factis impetrare possitis et de hiis

et ea tangentibus nos certificare curetis. Preterea recolatis nobis transmittere patentes super attornatione in insulis Guerneroii et Jersoii, secundum rescriptionem quam fecit dominus abbas de Cadomo cui commissum fuit ex parte Regis Anglie ut reciperet attornatum seu attornatos quem seu quos coram ipso duximus nominandos, quia nisi dictas patentes habuerimus et in brevi oportebit nos prefatum abbatem in dictis insulis personaliter transfretare, quod nobis grave erit multipliciter et dampnosum. Preterea sciatis quod propter guerram temporale nostrum de Vallia et pertinentia de Nigro Monte in insula de Gersoii ac etiam elemosina de Sancto Clemente fuerunt arrestata in manu regia et adhuc etiam detinentur. Inde est quod vobis mandamus quatinus nobis breve impetretis continens ut ea que propter guerram fuerunt in manu regia arrestata liberentur et quod arreragia predictorum locorum pro tempore quo fuerunt in manu Regis restituentur ut inde plenarie sicut antea gaudere possimus. Alii enim prelati et abbates qui in dictis insulis bona habent deliberationem consimilem suorum bonorum jamque ut communiter dicitur impetrarunt. De premissis omnibus et singulis faciatis ut bonus filius monasterii et legitimus dispensator. Diu et feliciter in Domino valeatis. Datum in capitulo nostro die Jovis post sacros cyneres, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo septimo.

[*Au dos :* Thome le procullatourt sex solidos, octo denarios, pro expensis latoris presencium.

[*Collationné à l'original existant aux archives de La Manche et portant la trace des sceaux qui y avaient été appliqués*].

N° 66.

Lettre de J. Poingdestre,(1) Prieur du Valle à Ogier, Prieur d'Otterton (comté de Devon, Angleterre).

Il lui annonce que l'Abbé du Mont St. Michel lui a mandé de lui envoyer le modèle de pétitions de redemande et de protection du Roi, modèles qu'il a obtenus d'un avocat et qu'il lui adresse.

Dans le modèle de redemande il est dit que Sire Gerard d'Orons, Gardien des Iles, a fait prendre en la main du Roi les biens des reli-

(1) Au sujet de Jourdain Poingdestre, voir p. 47.

gieux du Mont St. Michel, sous prétexte d'état de guerre, dont il a fait lever partie par la main du Prieur du Valle en Guernesey et due Prieur de Lecq en Jersey. C'est pourquoi les religieux supplient que ces rentes, données en aumône par les ancesseurs du Roi pour prier pour eux et leurs hoirs, leurs soient délivrées.

La lettre contient un modèle de bref de protection et un modèle de supplique pour obtenir du Roi un bref venant à Henri de St. Martin, Bailli de Guernesey, d'après lequel les religieux du Mont St. Michel pussent nommer des attournés pardevant lui.

Circa 1327. Religioso viro et honesto domino Ogero priori de Autritonia suus humilis frater et socius J. Poyngdestre priour de Valle se totum cum salute. Sciatis me a domino abbate [1] michi precepisse et mandasse litteras quod vobis mitterem maneriem ac etiam modum breviorum [2] impetrandi pro bonis nostris rehabendis et aliud breve quod sumus in protectione domini Regis, quorum brevium tenor talis qui sequitur talis est sicut per consilium habuimus videlicet :

A nostre Sire Le Rey et a son conseil mostre labey et le convent de labeie dou Mont Seint Michiel ou peril de mer, que sire Girart Derous, gardien des ysles de Guernerye, Gersye et de autres a celes apartenantes a fet arester e prendre en main de rey les biens des avansdis religious soz coulor de guerre et de ce a fet lever partie cest a savoir cinquante livres de tornois et deux cens quartiers de forment par la main dun nostre prior dou Vale demorant en la dite ysle de Guernerye et quarante livres de tornois par la main dun nostre prior de Laic demorant en lisle de Gersye, por quoi souploient en charitey lesdis religious que comme les avant dites rentes lor eussent estei donneies por Dieu et en ammosne des ancesors nostre Sire le Rey por proier por luy et ses hers que il li plese a commander par son brief a son gardien des ysles ou a son lyetenant que les choses desus dites soient delivrées de la main le Rey e ce qui a estey levey rendu.

Item aliud breve :

Requerent les dis religious que eus soient en la protection nostre sire le Rey par brief por ce que aucuns males gens lor ont emblei la lour protection en tens de chalenge et de guerre.

(1) *Sic ;* pour *Sciatis dominum abbatem.* (2) *Sic ;* pour *brevium.*

Item aliud breve :

Souplient les diz religious que eus aient brief venant a Henry de Seint Martin vostre ballif en lisle de Guernerie que eus puissent fere atorneis par devant luy tant des choses que eus ont en Engleterre comme es ysles.

Inde tantum facientes quod vos et ego non possumus de negligentia redargui. Michi vestro super hiis omnibus et voluntatem vestram quam paratus sum pro viribus adimplere per primum nuntium remandantes. Valeat fraternitas vestra et amicitia per tempora longiora. Portatori presencium si fidelem inveneritis per ipsum voluntatem vestram remandetis.

Au dos de la lettre il est écrit :

De nautis non dubitetis propter hoc quod dixi per fidelem quod de ipsis confido, et si mitterent aliquem alienum causa necessitatis nuntium vestrum, voluntatem vestram per nuntium vestrum specialem dictis nautis mittere velitis et eisdem bonum vultum hylaritatis ostendatis.

[*Collationné à la minute sur parchemin existant aux archives de La Manche*].

N°. 67.

Supplique de l'Abbé du Mont St. Michel au Roi d'Angleterre.

Le Roi précédent avait été prié de faire enquérir sur les droits de l'abbaye par Nicolas de Cheney, Jean de Ditton, et Jean de Carteret, qui avaient procédé à l'enquête, mais, avant qu'elle n'eût été envoyée, le Roi Edouard vint à mourir. Depuis ce temps des troubles éclatèrent dans le Royaume et surtout vers l'Ecosse et le Roi envoya Guillaume de Bourne, Nicholas de Cheney et Jean de Carteret pour enquérir de nouveau sur la pétition de l'abbé. Ces enquêteurs remirent en la main de l'abbé le Manoir de St. Clément, qui, à cause de certaines erreurs trouvées dans leur record par la Cour du Banc du Roi devant Sire Henri de Scrop et ses compagnons, fut ressaisi en la main du Roi.

L'abbé prie donc le Roi de mander aux Justiciers assignés pour les îles qu'ils aient à enquérir de son droit et à lui rendre son Manoir si ce droit est constaté.

Circa 1327. **A nostre** Seignour le Roy et à son conseil prient labbé e le covent du Mount Seint Michel en peril de la mer que come le Roy Edward qe dieux assoille eust recoveré le manoir de Seint Clement en le Isle de Jereseye par defaute de labbé qui adonques estoyt devant Sire Henri de Guldeford et ses compaignons justices errantz adonques en les isles, de quel manoir lesditz religiouns avoyent esté en seysine du temps dount memorie ne court, Et puys ledit abbé venist devant le Roy qui mort est, que dieux assoille, et lui pria que de sa grace luy vousist pardoner cele defaute et graunter que certeynes gentz fuissent assignetz denquerre du droit labbé et covent du manoir avaunt dit, et sur ceo furent assignetz Nichole de Cheygny, Johan de Dyttone, Johan de Carteret denquerre en la forme avaunt dite, les queux enquisterent et devant que lenqueste fust retorne devaunt le Roy si fust le Roy a Dieu comaundé, Et puys cel houre en cea ad esté la terre en triboil qe devers Escoce qe dautre part, taunt qe nostre Seignor le Roy envoya Williame de Bourne, Nichole de Cheygny et Johan de Carteret ses justices iloeques as queux la petitioun dudit abbe et covent fust envoye desoubs le pie du seal nostre Seignour le Roy, les queux justices par bone enqueste que il pristerent livererent la seysine du manoir avaunt dit audit abbé et covent, Et puys por ascuns errours qe furent trovetz en lour recordz au baunk le Roy devant Sire Henri de Scrop et ses compaignons si fust cel manoir reseysi en la mayn nostre Seignour le Roy, porquoy prie ledit abbe e covent que por Dieu et pur charité et pur lalme Monseignour le Roy son piere et Madame la Reyne sa mere qe de sa grace voille maunder as justices qui ore sunt assignetz en les isles qil puissent enquerre du droit labbé et covent du manoir avauntdit issi qe si trové soit par enqueste ou par title que il eyent droit au manoyr avauntdit, qe la seysine lour soit livere e rendue.

[*Collationné à une copie du XIV*e. *siècle sur parchemin existant en double exemplaire aux archives de La Manche*].

N° 68.

I. Lettre d'Edouard III à Geoffroy Le Scrop et à ses compagnons Justiciers. Rappel d'une question élevée entre le Roi Edouard, son aïeul, et l'abbé du Mont St. Michel, devant Henri de Guildford et

ses compagnons justiciers itinérants dans les îles au sujet du Manoir de St Clément ; ainsi que devant Henri Spigurnel et ses compagnons. Ordre du Roi de procéder à enquérir sur les faits selon droit et justice, mais de consulter le Roi avant de rendre jugement.

II. Extrait du rôle des plaids tenus à Jersey en l'année 1323 devant Henri Spigurnel et William de Denon, justiciers itinérants, au sujet dudit Manoir de St Clément.

III. Extrait du rôle des plaids tenus à Jersey en l'année 1304 devant Henri de Guildford, Renaud de Carteret et Jean de Ditton, Justiciers itinérants. Geoffroy de Mesnilgrente réclame pour le Roi le Manoir de St Clément possédé par le Roi Jean, donné à Pierre de Pierreville, sa vie durant, et accaparé par les religieux du Mont St Michel.

Opposition de la part de l'abbé qui prétend que lui et ses prédécesseurs ont possédé le Manoir depuis le temps du Duc Richard, l'ancesseur de Guillaume le Conquérant.

Geoffroy de Mesnilgrente, le Procureur du Roi, conteste ces faits. Réplique de l'abbé, et autres prétentions de part et d'autre.

Ordre du Bailli de Jersey d'appeler une enquête de douze hommes, dont les noms figurent dans le record. Ils rapportent, sous la foi du serment, que le prédécesseur de l'abbé actuel du Mont St Michel et ses prédécesseurs furent saisis du Manoir sans interruption jusqu'au temps où les représentants d'Othon de Granson, en vertu du jugement rendu par Henri de Guildford et ses compagnons, en prirent possession.

Un jour est alors fixé pour la comparution des parties en Angleterre. L'abbé est représenté par Nicholas Daniel, son procureur, et Adam de Fincham se présente pour le Roi. Les raisons des parties sont exposées et se trouvent consignées dans le record. La cause est enfin remise à un autre jour.

IV. Suit une supplique de l'abbé au Roi et à son Conseil de mander bref audit Sire Geoffroy le Scrop et à ses compagnons de soumettre au Roi les documents et records dans la cause, avant que le jugement définitif soit rendu.

V. Autre lettre à Geoffroy Le Scrop et à ses compagnons justiciers, dans les mêmes termes que N° I.

VI. Jugement rendu en faveur de l'abbé, qui doit avoir la saisine de son Manoir. Ordre est donné au Gardien des Iles de donner effet audit jugement.

VII. Lettre du Roi en date du 10 Mai 1328 confirmant ledit jugement.

I. *Circa* 1328. **Rex** dilectis et fidelibus suis Galfrido de Scrop et sociis suis justiciariis ad placita coram nobis tenenda assignatis salutem. Monstravit nobis dilectus nobis in Christo abbas de Monte Sancti Michaelis in periculo maris quod cum dominus Edwardus nuper Rex Anglie avus noster coram Henrico de Guldeforde et sociis suis tunc justiciariis avi nostri itinerantibus in insula de Gersey et aliis insulis adjacentibus petivisset versus tunc abbatem loci predicti predecessorem nunc abbatis manerium de Sancto Clemente in insula predicta, quem quidem locum predictus tunc abbas et omnes predecessores sui abbates loci illius ut prioratum de Sancto Clemente ad abbatem predictum pertinentem et non ut manerium a tempore quo non extat memoria, ut dicitur, tenuerunt, ac predictus prioratus nomine manerii per preceptum predictorum justiciariorum in manum dicti avi nostri captus fuisset et adhuc in manu nostra existat, et licet in recordo et processu inde coram dictis justiciariis habitis ac in captione predicta error manifestus intervenisset, et predictus abbas ad diversa parliamenta domini Edwardi nuper Regis Anglie patris nostri prosecutus fuisset de remedio super hoc optinendo, itemque pater noster recordum et processum predicta que coram eo antea venire fecisset Henrico Spigurnel et sociis suis justiciariis ipsius patris nostri itinerantibus in insulis predictis misisset et quandam inquisitionem super jure predicti abbatis nunc per eosdem justiciarios fieri fecisset, iidemque justiciarii inquisitionem illam ac recordum et processum predicta coram predicto patre nostro returnassent et predictum abbatem ibidem super hoc returnassent, idem tamen abbas tam propter diversitatem nominum predictorum videlicet prioratus et manerii quam propter turbationes in regno nostro motas et aliis de causis justiciam super hoc non est adhuc assecutus in ipsius abbatis grave dampnum et ecclesie sue Sancti Michaelis exheredacionis periculum manifestum, et quo nobis supplicavit sibi remedium adhiberi, Et nos igitur quod justum fuerit fieri volentes in hac parte, vobis mandamus quod visis et examinatis dictis recordo et processu, coram prefatis Henrico de Guldeforde et sociis suis habitis et, si necesse fuerit, dicta inquisitione per predictum Henricum et socios suos capta coram nobis existentibus ad errores si qui in recordo et processu predictis fuerint corrigendos, ad plenariam discussionem ejusdem negocii faciendam, et procedatis prout de jure fore videritis faciendum, proviso quod ad judicium inde

reddendum, nobis inconsultis, nullatenus procedatur. Teste &c ...... Pretextu cujus brevis, scrutatis recordo et processu predictis, invenitur inter recorda de anno regni Edwardi patris domini Regis nunc decimo septimo recordum et processum loquele predicte in hec verba.

II. 1323. Placita coram Henrico Spigurnel et Willelmo Denun justiciariis domini Regis itinerantibus in insula de Jerseye die Mercurii in crastino Sancti Luce ewangeliste anno regni Regis Edwardi filii Regis Edwardi septimo decimo.

Dominus Rex mandavit justiciariis hic quoddam breve suum una cum petitione abbatis et conventus de Monte Sancti Michaelis in periculo maris in eodem breve interclusa in hec verba: Edwardus Dei gracia Rex Anglie, dominus Hibernie et dux Aquitanie dilectis et fidelibus suis Henrico Spigurnel et sociis suis justiciariis nostris ad assisias et inquisitiones in insulis de Gerseye, Guernereeye, Serk et Aureney capiendas, necnon errores in quibusdam recordis et processibus intervenientes corrigendos ac quedam alia ibidem facienda assignatis salutem. Petitionem dilectorum nobis in Christo abbatis et conventus de Monte Sancti Michaelis in periculo maris prioratum de Sancto Clemente in dicta insula de Gerseye contingentem coram nobis et consilio nostro exhibitam vobis mittimus presentibus interclusam, mandantes quod inspecta et diligenter examinata petitione predicta, vocatis qui fuerint evocandi, ac recordis et processibus de quibus fit mentio in eadem petitione necnon et petitionibus aliis in parliamento nostro inde exhibitis que nuper vobis sub pede sigilli nostri transmisimus visis et diligenter examinatis, inquisitaque, si necesse fuerit, super articulis in eadem petitione contentis plenius veritate, eidem abbati et conventui inde fieri faciatis debitum justicie complementum prout de jure et secundum legem et consuetudinem insularum predictarum ac formam commissionis nostre vobis inde facte fore videritis faciendum. Teste me apud Piberyng (1) vigesima quarta die Augusti, anno regni nostri decimo septimo.

[*Ici suit la supplique de l'abbé au Roi, N° 67*]

Pretextu quorum brevis et petitionis preceptum est ballivo de Jersye quod scire faciat Ottoni de Grandisono qui insulas hic tenet ad terminum vite sue et qui ea ratione tenet manerium predictum quod

(1) Pickering, dans le comté de York.

sit hac die lune proxima post festum Sancti Luce ewangeliste ostensurus si quod pro se habeat vel dicere sciat quare prefatum manerium predicto abbati reddere non debeat prout per petitionem suam predictam petit etc. Ad quem diem predictus abbas et similiter predictus Otto et Johannes de Dytone qui sequitur pro domino rege inmixit se eidem Ottoni in respondendo etc. Et tam predictus Johannes pro ipso domino Rege quam predictus Otto dicunt quod dominus Edwardus quondam Rex Anglie etc. in curia sua coram Henrico de Guldeforde et sociis suis justiciariis ejusdem Regis patris itinerantibus in insulis hic anno regni ejusdem Regis patris tricesimo secundo peciit predictum manerium cum pertinentiis versus quendam abbatem de Monte Sancti Michaelis predecessorem abbatis nunc et manerium predictum ibidem per judicium recuperavit, per quam quidem recuperationem predictus Edwardus Rex pater etc. fuit in seysina et inde obiit prout patet in recordo predicti placiti et petunt judicium etc. Et abbas dicit quod, licet predictum judicium super recordo et processu predictis allegant coram prefatis justiciariis redditum fuisse, ab actione tamen procludi non debet in parte etc. Dicit enim quod predictus predecessor suus seisitus fuit de predicto manerio ut de jure suo et ecclesie sue Sancti Michaelis et omnes predecessores sui inde seisiti fuerunt a tempore quo non extat memoria et ex quo predictus Johannes de Dytone qui sequitur pro Rege nichil aliud dicit pro statu domini Regis manutenendo etc. nec predictus Otto pro se aliquid aliud respondit etc. Et ipse paratus est verificaturus jus suum et ecclesie sue predicte et sesinam predecessorum suorum ut predictum est et petit quod fiat ei justicie complementum secundum formam brevis domini Regis et petitionis sue in predicto brevi incluse justiciariis hic missorum etc. Et quesito per justiciarios prefatos a Johanne de Dytone et Ottone si aliud dicere velint vel sciant pro ipso Domino Rege vel pro predicto Ottone etc. dicunt quod predicta recuperatio quam prius allegarunt eis sufficiat in hac parte etc. Et nichil aliud dicunt, sed petunt quod justiciarii hec predicta recorda et processus eis sub pede sigilli domini Regis missa videant et examinent pro ipso domino Rege etc. quorum quidem recordorum et processuum tenor talis est etc.

III. Placita assisarum coram Henrico de Guldeforde, Reginaldo de
1304. Carteret, Johanne Dytone justiciariis itinerantibus in insula de Jer-

sye die lune proxima post festum Sancti Laurentii anno regni Regis Edwardi tricesimo secundo.

Dominus Rex per Galfridum de Meyngrent qui sequitur pro eo etc.

[*Cette pièce est la même que le N°* 51].

Et quia certis de causis videtur justiciariis hic quod expediens est quod super jure predicti abbatis ulterius inquiratur juxta tenorem brevis domini Regis et petitionis sue hic missorum maxime cum in predicto recordo continetur quod jurati et milites consideraverunt quod dictus Rex recuperavit predictum manerium quod quidem judicium per justiciarios domini Regis et non per alios reddi debuit etc.

Preceptum est Ballivo de Jersye quod venire faciat hac die sabbati in crastino apostolorum Symonis et Jude et inde duodecim etc. per quos etc. et qui etc.

Ad quem diem juratores venerunt scilicet Nicholaus Hateins, Radulfus Turgis, Jordanus Payn, Philippus Cheyny, Petrus Estur, Ricardus Franceys, Nicolaus Le Rous, Willelmus de Saugreys,(1) Johannes de Bona Nocte, Galfridus de Hoga, Jordanus Lemperor junior et Jordanus Brusebarre, qui dicunt super sacramentum suum quod predictus abbas de Monte Sancti Michaelis predecessor abbatis nunc et omnes predecessores sui abbates de Monte Sancti Michaelis sesiti fuerunt de predicto manerio cum pertinenciis ut de jure ipsorum abbatum et ecclesie sue Sancti Michaelis a tempore quo non extat memoria absque interruptione temporis quousque ministri predicti Ottonis virtute judicii predicti coram prefatis Henrico de Guldeforde et sociis suis justiciariis itinerantibus in insulis hic versus predictum abbatem predecessorem abbatis nunc de manerio predicto redditi ipsum abbatem predecessorem abbatis nunc de predicto manerio amoverunt et illud in manum domini Regis hucusque detinuerunt etc. Dies datus est eidem abbati de audiendo judicio suo coram rege etc. in crastino purificationis Beate Marie ubicunque fuerit in Anglia etc. et predictus abbas pro loco suo fratrem Johannem de Carentilleyo et Michaelem Bequepeys vel eorum alterum in placito predicto.

Et modo scilicet in crastino purificationis Beate Marie venit predictus abbas per Nicholaum Daniel attornatum suum per litteras do-

(1) Guillaume des Augrès.

mini Regis patentes admissum etc. Et petit quod ad examinationem recordi et processus predictorum et ad plenum discussionis in negotio predicto faciendum procedant secundum tenorem mandati domini Regis supradicti et vocatis servientibus domini et Adam de Fincham qui sequitur pro domino Rege, in quorum presencia recitatis et intellectis recordis et processibus predictis dictum est eidem abbati quod ex quo breve domini Regis hic missus supponit errorem in recordo et processu predictis intervenisse quod ostendat errorem etc. Qui dicit quod in recordo et processu predictis coram prefatis Henrico de Guldeforde et sociis suis justiciariis itinerantibus in insulis predictis erratum est in hoc quod Dominus Edwardus Rex avus domini Regis nunc petivisset versus tunc abbatem de Monte Sancti Michaelis et ejusdem loci conventum manerium predictum et idem abbas et conventus allegassent prefatos justiciarios non habere potestatem per commissionem suam ea que dominum Regem versus alios contingere possent prosequendi, petendi seu revocandi, per quod ipsos de manerio predicto eo modo petendo in placitum trahere non poterant, super quibus allegationibus consideratum fuit per juratos Regis milites et libere tenentes quod dictus Rex recuperare debuit manerium predictum versus predictos abbatem et conventum, ut patet in recordo predicto, justiciarii predicti, pretextu illius considerationis que nulla fuit per legem seu consuetudinem in itinerantibus etc. ibidem visitantes erronice preceperunt predictum manerium capi in manu domini Regis etc. maxime cum quelibet consideratio recuperationis terre et tenementi in itinere justiciariorum etc. habet fieri per justiciarios itinerantes non alios : dicunt etiam quod in recordo predicto non est aliquod judicium redditum pro domino Rege quod idem dominus Rex recuperet manerium predictum etc. Unde dicunt quod justiciarii predicti erronice preceperunt predictum manerium capi in manu domini Regis ; dicunt etiam quod ex quo predicti abbas et conventus in respondendo allegarunt predictos justiciarios potestatem non habere jura domini Regis petendi, prosequendi et occupata revocandi etc. et iidem justiciarii, super hoc habito colloquio cum juratis domini Regis militibus et libere tenentibus, consideratum fuit per eosdem juratos etc. quod justiciarii sufficientem habuerunt potestatem secundum consuetudinem patrie jura ipsius domini Regis petendi, prosequendi et

revocandi, prefati justiciarii tunc posuisse debuerunt predictos abbatem et conventum ad respondendum ulterius domino Regi in premissis. Quiquidem justiciarii non ponendo ipsos ulterius ad respondendum nec querendo ab eis si vellent aliud dicere pro responsione quam prius dixerunt, statim absque judicio pro ipso domino Rege in premissis reddito erronice preceperunt dictum manerium capi in manum domini Regis etc. Et Adam de Fincham qui sequitur pro domino Rege dicit quod nullus error intervenit in recordo et processu predictis quia dicit quod secundum consuetudinem parcium illarum justiciarii itinerantes et alii cum dubitaverint super hiis que secundum consuetudinem patrie versantur habent convocare milites juratos et libere tenentes patrie ut ab eis informentur pro procedendo consultius et providius in judiciis reddendis secundum consuetudinem etc. ex quo predicti abbas et conventus sesinam dicti Domini Johannis Regis progenitoris domini Regis nunc non dedixerunt nec ad actionem domini Regis respondere voluerunt cum predicti justiciarii sufficientem potestatem habuerunt secundum consuetudinem patrie jura domini Regis petendi, prosequendi et occupata revocandi prout jurati milites et libere tenentes consideraverunt, ut patet in recordo predicto, videtur ei quod justiciarii predicti rite preceperunt manerium predictum capi in manum domini Regis etc. quequidem captio sufficit pro juditio in hac parte reddito. Dicit etiam quod postquam predicti jurati consideraverunt etc. quod predicti justiciarii sufficientem habuerunt potestatem etc. Et non oportuit ipsos abbatem et conventum ulterius opponere si aliquid vellent dicere pro responsione pro eo quod ipsi prius precise responderunt se nolle ad actionem domini Regis in premissis respondere, et petit judicium pro domino Rege etc. quod predictum manerium in manum domini Regis remanssit etc. Et abbas dicit, ut prius, quod predicta consideratio predictorum juratorum Regis etc. Scilicet quod dominus Rex recuperare debuit manerium predictum nulla fuit consideratio nec aliquod judicium in recordo predicto pro ipso Rege reddito ut predictum est, nec justiciarii predicti postquam jurati &c. consideraverunt ipsos justiciarios sufficientem habere potestatem etc. prefatos abbatem et conventum opposuerunt si aliud vellent dicere pro responsione quam prius dixerunt cum hoc fecisse debuerunt, unde petit quod habita consideratione ad premissa

per ipsum allegata et ad hoc quod manerium predictum captum fuit in manum domini Regis ob defenssionem ipsius abbatis et conventus jura ipsius domini Regis tunc non probata necnon ad dictum breve dicti domini Regis Edwardi patris etc. Et ad petitionem predictorum abbatis et conventus Henrico Spigurnel et Willelmo Denun justiciariis ultimo itinerantibus in insulis predictis et etiam ad predictam inquisitionem coram eis pretextu dictorum brevis et commissionis captam per quam compertum fuit quod predictus abbas etc. et omnes predecessores sui sesiti fuerunt de predicto manerio cum pertinenciis ut de jure ipsius et ecclesie sue predicte a tempore quo non extat memoria etc. quosque etc. et eciam ad breve domini Regis nunc justiciariis hic directum fiat ei justicie complementum et petit manerium predictum quod fuit priortus [1] pertinens ad ecclesiam suam predictam a tempore quo non extat memoria, ut predictum est, ei ut jus ecclesie sue liberari etc. Datus est dies eidem abbati coram Rege a die Pasche in tres septimanas etc. de audiendo judicio suo, et interim sequatur versus dominum Regem.

IV. 1328. A nostre seignor le Rey e a son consail pree labbé du Mont Saint Michiel eu peril de la mer que comme le Rey Edward ael nostre segnor qui ore est un poy devant sa mort demandast par non de maner vers un abbé predecessour meyme cesti abbé en lile de Jersye devant syre Henry de Guldeforde et ses compagnons justiciers erramts assignetz en ladite ylle la priourté de Saint Clement en meyme lyle et meyme cele priouré par nom de maner fut pris en la main le Rey par commandement des justices suthditz par proces erroigné et ledit abbé qui ore est ayt suy a remedie de core aver, et ledist Rey Edward lesdiz record et proces que devant luy avoit fet venir, pus à sire Henry Spigurnel et ses compagnons justices errantz en ladite ylle manda et commanda pour ledit abbé que les record et proces suthditz vewes et examinez pleynement et la verité de ce enquise quil feissent plein droit audit abbé, par vertu duquel mandement lesdiz sire Henri Spigurnel et ses compagnons repristrent enqueste, par laquele trové fut le droit de sa eglise et touz ces predecessors abbez deu meyme leu avoyent esté en sessine de cele priourté pus temps de memore e devant tant que au temps que cele priourté par non de maner devant ledit syre Henry de Guldeforde fut

(1) Pour *priorsus*.

demande et en la main nostre seignor le Rey pris comme desus est dit, sus quey ledit abbé fut ajorné devant le Rey de oir son jugement, et de quey eu temps le Rey qui mort est pour les granz destourbemenz qui furent en sa terre rien ne fut fait, par quey ledit abbé a sus un bref eu tempz nostre seignor le Rey qui ore est, par petition emparllement a syre Geffrey Le Scrope et ses compagnons que veues et examinez les recors et proces les diz sire Henry de Guldeforde et ses compagnons et lenqueste prise devant sire Henry Spigurnel et ses compagnons quil ayllent avant a plenere discussion desdites besougnes et a les errous amender se aucuns y soyent es diz recorz et proces, et les queles choses devant ledit sire Geffrey et ses compagnons sunt pleynement discus, par quey ledit abbé prie a nostre seignor le Rey et a son consail que il lour plese granter bref al dit sire Geffrey et ses compagnons de fayre venir devant le Rey ce que de cestes choses auvront trové et avant aler a final jugement sus ce rendre.

V. **Rex** dilectis et fidelibus suis Galfrido Le Scrope et sociis suis
1328. justiciariis nostris ad placita coram nobis tenenda assignatis salutem. Cum nuper ad prosecutionem dilecti nobis in Christo abbatis de Monte Sancti Michaelis in periculo maris nobis suggerentis quod dominus Edwardus nuper Rex Anglie etc.

[*Ce document continue dans les mêmes termes que le document I*].

Ac idem abbas jam per peticionem suam coram nobis et consilio nostro in parliamento nostro exhibitam nobis supplicaverit ut cum negocium predictum usque ad redditionem judicii ejusdem coram nobis pretextu dicti mandati nostri plenarie sit discussum velimus judicium inde reddi jubere ut est justum. Nos supplicationi sue annuere et justiciam fieri volentes in premissis vobis mandamus quod ad judicium predictum sine dilatione reddendum procedatis, dicto mandato nostro ne ad judicium illud nobis inconsultis procederetur vobis directo non obstante. Teste me ipso apud Eboracum nono die Martii anno regni nostri secundo.

VI. **Et** quia inspectis, examinatis et plenius intellectis recordo et
1328. processu predictis compertum est errores predictos in predictis recordo et processu habitis coram prefatis Henrico de Guldeforde et sociis suis justiciariis etc. intervenisse, habita consideratione ad predictam

inquisitionem captam coram prefatis Henrico Spigurnel et Willelmo Denun de mandato dicti Regis patris Regis nunc per quam compertum fuit quod predictus abbas predecessor etc. et omnes predecessores sui sesiti fuerunt de predicto manerio cum pertinentiis ut de jure ipsius abbatis et ecclesie sue predicte a tempore quo non extat memoria et etiam ad omnia superius per ipsum abbatem allegata videtur curie quod minus rite preceptum fuit predictum manerium capi in manum domini Regis avi etc. Ideo consideratum est quod Jugement
dictum preceptum tanquam erroneum revocetur, et predictus abbas 1328.
habeat sesinam de manerio predicto eo modo quo predictus abbas predecessor etc. habuit die quo preceptum fuit manerium illud capi in manum domini Regis, salvo semper jure domini Regis etc. Et mandatum est custodi insularum predictarum vel locum ejus tenenti quod manerium predictum eidem abbati liberari faciat in forma predicta.

VII Rex custodi insule de Jersye vel ejus locum tenenti salutem.
1328. Cum dominus Edwardus etc.

[*Dans les mêmes termes que le N° I*].

Et nos volentes eidem abbati justiciam fieri de premissis recordum et processum predicta coram prefatis Henrico de Guldeforde et sociis suis habita in Curia nostra coram nobis recitari et examinari fecerimus, in quibus visum est curie nostre quod minus rite preceptum fuit per eosdem justiciarios dictum manerium capi in manum dicti avi nostri, per quod, habita consideratione ad inquisitionem predictam coram prefatis Henrico Spigurnel et sociis suis pro ipso abbate, de mandato dicti patris nostri captam predictorum eorumdem Henrici de Guldeforde et sociorum suorum de capiendo predictum manerium in manus dicti avi nostri revocavimus, salvo semper jure nostro, et ideo vobis mandamus quod eidem abbati qui nunc est manerium predictum cum pertinenciis sine dilatione liberari faciatis, tenendum eo modo quo predictus abbas predecessor suus illud tenuit die quo in manum dicti avi nostri captum fuit, salvo semper in omnibus jure nostro cum alias inde loqui voluerimus. Teste Galfrido Le Scrope apud North[1] decimo die Maii anno regni nostri secundo.

[*Collationné au rôle en parchemin existant aux archives de La Manche*].

(1) Northampton.

N° 69.

Lettre du Roi Edouard III au Gardien de l'Ile de Jersey, en date du 13 Mai 1329.

Le Roi expose tous les détails de la procédure relative au Manoir de St. Clément. La Cour ayant reconnu que l'abbé avait été dépouillé sans raison, le Roi avait révoqué l'ordre des Justiciers itinérants (voir N° 68. VII) et ordonné à Othon de Granson, Gardien des Iles, de restituer sans délai le manoir ou prieuré avec ses appartenances, mais Othon, maintenant décédé, n'avait pas pris soin d'exécuter le mandement Royal. En conséquence le Roi mande au gardien (Jean de Roches) de remettre l'abbé en possession de son manoir.

1329. **Edwardus** Dei gracia Rex Anglie, Dominus Hibernie et Dux Aquitanie, custodi Insule de Jerseie vel ejus locum tenenti salutem. Cum dominus Edwardus etc.

[*Dans les mêmes termes que N° 68. VII, jusqu'au mot* "revocavimus"].

Et predicto Ottoni de Grandisono jam defuncto nuper custodi insularum predictarum mandaverimus quod eidem abbati qui nunc est manerium predictum cum pertinenciis sine dilatione liberari faceret, tenendo eo modo quo predictus abbas predecessor suus illud tenuit ibidem die quo in manum dicti avi nostri captum fuit, salvo jure nostro si quod habuerimus, cum alias inde loqui vellemus. Idem Otto dum vixit mandatum nostrum predictum exequi non curavit, idemque abbas qui nunc est execucionem ejusdem mandati nostri non est assecutus in ipsius abbatis dampnum non modicum et ecclesie sue predicte exheredacionis periculum manifestum prout ex gravi querela ipsius abbatis accepimus. Nos igitur volentes mandatum nostrum predictum debite executioni demandatum vobis mandamus sicut alias vobis mandavimus quod eidem abbati qui nunc est manerium predictum cum pertinenciis sine dilatione liberari faciatis, tenendo eo modo quo predictus abbas predecessor suus illud tenuit die quo in manu dicti avi nostri captum fuit, salvo jure nostro si quod habuerimus cum alias inde loqui voluerimus, et sciatis quod nisi hoc preceptum nostrum plenius exequamini graviter ad vos capiemus. Teste G. Le Scrop apud Westmonasterium, tredecimo die Maii, anno regni nostri tercio.

[*Collationné à une copie existant aux archives de La Manche et revêtue du sceau de la Baillie de Guernesey, portant pour contre-sceau le sceau de Macé de la Court*].

N° 70.

Extrait du Livre des Fiefs de l'Echiquier.

Le Roi Guillaume Ier donna à l'abbaye du Mont St Michel le manoir d'Otterton (comté de Devon en Angleterre).

Le Roi Henri Ier donna à la même abbaye (1125–29) le Manoir de Budleigh (comté de Devon) en échange de l'église de Cholsey (comté de Berks), qu'il donna à l'abbaye de Reading. (1)

Othon de Granson tient à ferme les îles sa vie durant et cinq ans après et rend annuellement 50 marcs, mais ne rend pas compte à l'échiquier.

Lettre d'Edouard III, en date du 24 Mai 1332. Il avait réclamé contre l'abbé du Mont St Michel devant Robert de Scardeburg et ses compagnons Juges itinérants siégeant à Longueville, en l'île de Jersey, le Manoir de St Clément, dans lequel l'abbé n'était rentré que par intrusion, après la mort d'Othon de Granson, à qui Edouard Ier l'avait donné à ferme, sa vie durant, mais voulant savoir si Othon a rendu compte des revenus dudit manoir, il mande aux Barons de l'Echiquier de scruter les rôles des comptes de l'échiquier et de lui faire connaître ce qu'ils en auront trouvé.

Copia in libro feodorum in scaccario.

Rex Willelmus primus dedit in puram elemosinam manerium de Otrytone cum pertinenciis abbacie de periculo maris in Normannia Sancti Michaelis.

Rex Henricus primus dedit in puram elemosinam manerium de Ouddelegh cum pertinenciis predicte abbatie in excambium ecclesie de Chausie quam idem Rex Henricus primus dedit abbatie de Radynges quando eam fundavit.(1)

Otto de Grandisono tenuit ad firmam insulas de Jerneseye ad terminum vite sue et quinque annis ultra ex dimissione domini Regis Edwardi etc. reddit inde per annum quingentas marchas et non reddit inde compotum ad scaccarium domini Edwardi etc.

Compertum est apud Turrim Londonensem in thesauraria domini Regis ibidem Otto de Grandisono ut supra.

1332. **Edwardus** Dei gracia Rex Anglie, dominus Hibernie et dux Aquitanie thesaurariis, baronibus et camerariis suis salutem. Cum

(1) Cf: Round, Calendar of Documents in France, N° 723.

nos in curia nostra coram Roberto de Schardeburghe et sociis suis justiciariis nostris itinerantibus apud Longevillam in insula de Jereseye die Mercurii proxima post festum Sancti Jacobi apostoli anno regni nostri quinto petivissemus versus abbatem de Monte Sancti Michaelis in periculo maris manerium de Sancto Clemente cum pertinenciis ut jus et hereditatem nostram in quod idem abbas non habet ingressum nisi per intrusionem quam in illud fecit post mortem Ottonis de Grandissono cui dominus Edwardus nuper Rex Anglie avus noster illud dimisit ad vitam ipsius Ottonis sicut nobis constat per inspectionem recordi et processus loquele predicte que coram nobis certis de causis venire fecimus ac placitum inde in Curia nostra coram nobis adhuc pendet indeterminatum ; nos aliquibus de causis certiorari volentes si predictus Otto compotum de exitu manerii predicti dicto avo nostro, patri nostro dum vixerit, vel nobis redidisset ; vobis mandamus quod scrutatis rotulis compotorum scaccarii de tempore dicti avi nostri Edwardi, domini Edwardi nuper Regis Anglie patris nostri in thesauraria nostra sub custodia vestra existentibus de eo quod in eisdem in hac parte inveneritis nos a die Sancti Michaelis in quindecim dies ubicunque tunc fuerimus in Anglia reddatis certiores remittentes nobis hoc breve. Teste R. de Wilughby apud Westmonasterium vigesimo quarto die Maij anno regni nostri sexto.

[*Extrait d'un rôle en parchemin existant aux archives de La Manche, ledit extrait visé pour collation*].

N° 71.

Lettre de Jean, abbé du Mont St Michel, à Jean Le Prévost, son Bailli.

Il lui dit qu'il s'est grandement réjoui en lisant ses lettres, qui lui annoncent la restitution de son prieuré de St Clément. Il le félicite de la peine qu'il a prise en cette occasion, et lui annonce qu'il a nommé audit prieuré Frère Pierre dit Pasté (1), qui était dans les meilleures relations avec les habitants de l'Ile tant nobles que roturiers.

Il lui intime aussi de veiller à ce que ledit Prieur consulte avec le Prieur du Valle, afin que les habitants de Jersey vivent en bonne intelligence avec leurs voisins.

(1) Pastey, comme nom de famille, se trouvait à cette époque dans les paroisses de St. Brelade et St. Pierre. (Voir Extente 1331).

Circa 1333. **Frater** Johannes Dei gracia humilis abbas Montis Sancti Michaelis in periculo maris fratri Johanni Le Prevost ballivo nostro salutem in Domino. Gaudentes in Domino gaudemus et exultaverunt omnia interiora nostra in domino Deo salutari nostro, cum vestrarum legimus seriem litterarum continentium quod prioratus nostri de Sancto Clemente, quo per malignantium improbitatem diu fuimus nequiter spoliati, nunc possessione pacifica, suffragantibus nobis Dei gracia qui facit mirabilia solus et beatissime Virginis Marie ejusdem Dei ac Domini nostri genitricis et beatissimi Michaelis archangeli meritis perfruamur. Vobis honor et gloria super labore quem tanquam filius obediencie benevolus in hiis et aliis negotiis nostris multipliciter et viriliter subiistis. Cupientes igitur pro nostris viribus Deo et hominibus in sanctitatis et honestatis observancia complacere, virum religiosum fratrem Petrum dictum Paste commonachum nostrum qui, prout ex multorum relatione fide dignorum didicimus, gratia laudabili prefulget, suis exigentibus meritis in immensum apud nobiles et innobiles insularum predicti prioratus de Sancto Clemente priorem nostrum fecimus, constituimus et ordinavimus ac etiam ordinamus, volentes quod de dicto prioratu et pertinentiis ejusdem gaudeat eo modo quo alii priores antiquitus tenuerunt eumdem. Proinde expedit quod erga firmarios nostre firme que ab olim predicto prioratui sub certo et annuo censu extitit annexa procuretis quod eamdem firmam omni cessante questione priori dimittant voluntarie memorato, donantes etiam eisdem antequam istud remaneat imperfectum de bonis nostris quantum expedire videritis nisi cum eis possitis alias convenire. Provideatis insuper priori predicto cum consilio prioris nostri de Vallia in tantum quod idem prior statum bonum et laudabilem ducere possit inter insule de Gerseyo incolas et vicinos antequam ab eadem insula recedatis. Preterea procurare laboretis in quantum vobis erit possibile quod copias commissionis justiciariorum ad insulas nunc transmissorum et inqueste facte per eosdem super jure nostro prioratus predicti de Sancto Clemente necnon et litteras restitutionis ejusdem prioratus per eosdem justiciarios nobis date sub sigillis dictorum justiciariorum et nobilium de insulis habeatis. Valete in Domino.

[*Collationné à l'original existant aux archives de La Manche*].

N° 72.

Charte de Thomas Galays, clerc, donnant aux religieux du Mont St Michel toute sa terre à Noirmont en la paroisse de St Brelade, Ile de Jersey, qu'il tenait sur le fief de ladite abbaye.

1255. **Universis** presentes litteras inspecturis Thomas Galays, clericus, salutem in Domino sempiternam. Noveritis me dedisse et concessisse Deo et abbatie Montis Sancti Michaelis de periculo maris et monachis ibidem Deo servientibus in puram et perpetuam elemosinam pro salute anime mee patris mei et matris mee et omnium antecessorum meorum totam terram meam et hereditatem meam (1) quam possidebam jure hereditario in feodo dicte abbatie in insula de Gerseio in Nigro Monte in parrochia Sancti Broelardi. Ita quod in predicta terra de cetero nichil potero reclamare. Et hoc juravi super sacrosancta ewangelia me fideliter servaturum et garantizaturum contra omnes. Et ut hoc ratum et stabile permaneat in futurum vir venerabilis S. officialis Constanciensis presentes litteras ad petitionem meam sigilli sui munimine roboravit. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto.

[*Collationné à l'original existant aux archives de La Manche. Fragment du sceau en cire verte de l'official (une main tenant une crosse).*]

N° 73.

Assise tenue en 1269 à La Hougue, à Jersey, par Hugues de Turberville, Bailli des Iles. (2)

Procès entre les religieux du Mont St Michel et leur Prieur de St Clément en l'Ile de Jersey, d'une part ; et leurs hommes de Noirmont d'autre part.

Rappel d'une assise tenue à Jersey vers 1267 par Guillaume de Barentin, Bailli des Iles, par Renaud de Carteret, par le Prieur de

(1) Peut-être le champ aujourd'hui appelé La Ville Gallais, à Noirmont.

(2) A cette époque on appelait l'officier investi du gouvernement général des îles indifféremment bailli ou gardien (*ballivus* ou *custos*). Ce n'est qu'à la fin du 13e siècle qu'on nommait deux baillis, l'un pour Jersey et l'autre pour Guernesey. Les fonctions de bailli et de gardien devenaient alors distinctes.

Hugues de Turberville, Bailli ou Gardien des Iles (1268–70) appartenait à la famille des Turberville des Comtés de Hereford, de Brecknock et de Dorset. (Voir Cal. Close Rolls Edw. I, vol ii, p. 443 ; et Assize Roll 27 Edw. I, m. 7). Il ne faut pas confondre cette famille avec celle de Henri de Trubleville, Gardien et puis Seigneur des Iles (1230–32, et 1234–39), famille originaire du Comté de Northampton. A cet égard il convient de corriger les erreurs de Dupont et Havet. (Voir Dupont, Hist. du Cotentin, vol. ii, pp. 95 à 97 et p. 154 ; et Havet. Gardiens et Seigneurs des Iles Normandes, p. 17).

l'Islet et par Jourdain de la Hougue, Henri de l'Epesse, Laurens Payn, Guillaume Hastain, Guillaume l'Evêque, Raoul Le Gallicien, Philippe l'Evêque, Guillaume de St Hélier, Raoul Payn, et Philippe Fondan, vavasseurs et jurés. (1) La procédure suivie déclarée irrégulière pour certaines raisons.

En l'assise présente il est jugé que les hommes de Noirmont devront obéir aux religieux leurs Seigneurs, et pareillement les religieux ne pourront exiger de leurs dits hommes que ce qu'ils devaient de droit.

1269. **Memorandum** quod cum quedam contencio jamdiu est mota fuisset inter religiosos viros et honestos dominum abbatem et conventum Montis Sancti Michaelis de periculo maris ac priorem suum Sancti Clementis in insulis de Gereseyo ex una parte et homines suos de Nigro Monte ex altera super pluribus questionibus et altercationibus inter ipsos deductis tandem in quadam assisia quam tenuit dominus Hugo de Turbervilla tunc ballivus insularum ambe partes in judicio cum suis litteris, instrumentis et rationibus * * * * * * venerunt petentes super his que facta fuerant et fieri debebant ab utraque parte secundum quod in instrumentis ipsorum continebatur legale judicium sibi fieri, unde accidit quod die Veneris proxima ante festum Sancti Johannis Baptiste (2) intellectis et consideratis racionibus et instrumentis predictarum parcium judicatum fuit per juratos dicte asssisie videlicet per dominum Willelmum de Barentino, per dominum Reginaldum de Kartreto milites et per religiosum virum priorem de Ileto et per Jordanum de Hoga, Henricum de Spissa, Laurentium Pagani, Willelmum Hasten, Willelmum dictum episcopum, Radulfum Le Galicien, Philippum Episcopum, Willelmum de Sancto Elerio, Radulfum Paganum, Philippum Fundan, vavassores et juratos, quod quedam inquisicio facta ad instanciam predictorum hominum de Nigro Monte contra predictos viros religiosos, eo quod capta fuerat in absencia eorumdem religiosorum, nemini prodesset, nec eisdem religiosis noceret immo penitus non valeret. Item postea ab eisdem juratis judicatum fuit quod quedam littera patens sigillata sigillis dictorum juratorum quam predicti religiosi pretendebant de testimonio finis et pacis quas dicti homines de Nigro Monte fecerant cum dictis religiosis et recognoverant in ultima assisia apud Gereseyum tenta per dominum

(1) Plusieurs de ces Jurés sont mentionnés dans l'Extente de 1274, à la page 8.

(2) 21 Juin 1269.

Willelmum de Barentino tunc ballivum insularum qui sigillum suum predictis litteris una cum sigillis dictorum juratorum apposuerat non valeret, eo quod prior Sancti Clementis tunc temporis quamdam condicionem quam fecerat non tenuerat prout debebat, ut dicebant, et tunc fecerunt dicti jurati dictas litteras sigillis suis ornatas predictis sigillis spoliari et propria voluntate corrumpi. Preterea judicaverunt quod omnes littere undicumque impetrate nec non et omnia que antea gesta fuerant inter ipsos nullius essent valoris, et quod predicti abbas et conventus seu prior in eadem seisina in qua tempore litis mote inter ipsos et predictos homines suos fuerant pacifice remanerent et preceptum fuit dictis hominibus quod dictis religiosis dominis suis prout deberent in omnibus obedirent et similiter dictis religiosis quod ab eisdem hominibus non exigerent nisi solum modo quod de jure deberent. Actum in plena assisia apud Hogam in Gereseyo tenta, anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo nono die Veneris ante nativitatem beate Johannis Baptiste [1] ut supra.

[*Collationné à l'original existant aux archives de La Manche, endommagé et illisible dans quelques-unes de ses parties, et revêtu du sceau de Hugues de Turberville*].

N° 74.

Lettre de Hugues de Turberville, Chevalier, Bailli des Iles, au sujet d'un procès pendant entre les religieux du Mont St. Michel et le Prieur de St. Clément à Jersey et leurs hommes de Noirmont, en la paroisse de St. Brelade, Jersey, sur les redevances et services que lesdits hommes de Noirmont avec ceux du Prieuré de St. Clément doivent, et notamment sur le champart, le transport du blé, les faisances du moulin, le portage des vins et des bois, et le service du foin ; sur le droit dudit Prieur de citer lesdits hommes de Noirmont à comparaitre devant lui, et de reconnaitre sa juridiction ; sur le droit de namps ; sur une rente de deux sols tournois que Alexandre Le Breton doit comme prévôt ; sur la perception de poulage, de gélines, d'œufs, et de deniers, et de mélage sur les masures de Noirmont.

Les religieux réclamaient ces droits en vertu du jugement dudit Bailli et des Jurés de Jersey rendu dans la dernière assise tenue à Jersey en 1269 ; et ils assignaient à comparaitre devant le Bailli à

(1) 21 Juin.

S^t. Ouen les hommes de Noirmont dont suivent les noms. Alexandre Le Breton, Pierre Alain, Pierre Veille, Pierre Picot, Richard Milom, Nicolas Varin, Guillaume du Val, Jean Hugon, Philippe Burnouf, Etienne Bertram, Jourdain Jean, Robert Ferrant, Raoul Valpy, Geoffroy Arfat et autres tenants, qui, faisant défaut à l'appel de leurs noms devant la Cour, furent mis à l'amende.

Par suite lesdits hommes se sont soumis à la grâce de Nicolas, Abbé du Mont S^t. Michel, et ils ont accepté ledit jugement.

La lettre, qui est datée du 2 Octobre 1270, fut scellée des sceaux dudit Bailli, du Doyen de Jersey, des Chevaliers, du Vicomte et des Jurés de la Cour.

1270. **Universis** presentes litteras inspecturis et audituris Hugo de Tubervilla miles et ballivus insularum salutem in Domino. Noveritis quod contencio verteretur coram nobis inter viros religiosos abbatem et conventum Montis Sancti Michaelis et priorem suum Sancti Clementis in insula Gersoii ex una parte et homines dictorum abbatis et conventus Sancti Michaelis in periculo maris tenentes ab eisdem religiosis de feodo suo de Nigro Monte in parrochia Sancti Brolladi de eadem insula ex altera, per diversas impetrationes litterarum ex utraque parte nobis ex parte nobilis viri domini Edwardi illustris Regis Anglie primogeniti directarum super redditibus, serviciis et fessanciis que prefati homines de Nigro Monte et antecessores sui predictis abbati et conventui et predicto priori nomine ipsorum et prioratus sui de Sancto Clemente et predecessoribus suis reddiderant et fecerant et reddere et facere consueverant quolibet anno ab antiquo, prout prefati religiosi coram nobis asserebant, videlicet campartum garbarum suarum post messionem Augusti et cooperire illud campipartum propria tectura sua et taxare una vice in feodo de Nigro Monte et portare illud campipartum quando trahitur ad mercatum videlicet apud Sanctum Clementem ad voluntatem dicti prioris et decem octo anseres et decem octo denarios turonenses de campipartura in Augusto et tresdecim quarteria frumenti ad festum Sancti Michaelis et portare apud Sanctum Clementem in saccis suis et invenire quatuor homines in navi ad conducendum dictum bladum apud Montem una cum hominibus de Sancto Clemente et tresdecim quarteria advene ad festum Sancti Michaelis in Septembri que debent pro vasto sectam molendini sui et fesantias que facere consueverunt dicto molendino ab

antiquo et portare vinum et ligna dicti prioris et fenum et dictum fenum colere cum hominibus de Sancto Clemente ad prioratum Sancti Clementis ad Nigrum Montem si neccesse fuerit et comparere coram dicto priore apud Sanctum Clementem quociensc umque citati fuerint coram ipso et stare juri et debent namma sua ibi adduci et custodia mancipari, et ab Alexandro Britone duos solidos turonensium quos debet ratione prefecture sue, ab unaquaque domo in qua ignis ardet unum polagium, ab unaquaque masura duas gallinas ad natale, et ad pascha sexdecim viginti ova et undecim solidos Turonensium pro melagio ab omnibus masuris de Nigro Monte, de quibus prefati abbas et conventus et prior Sancti Clementis nomine ipsorum et prioratus sui petebant habere plenariam et pacificam sessinam prout in lictera sua plenius continebatur prout prima facie apparebat et prout adjudicatum eisdem fuerat per nos et per juratos predicte insule in ultima assisia tenta per nos in dicta insula anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo nono, et cum predicti religiosi dictos homines de Nigro Monte fecissent citari coram nobis in eadem insula ad jus suum prosequendum ad diem Mercurii post festum Sancti Michaelis in Septembri apud Sanctum Audoenum, videlicet Alexandrum Britonem, Petrum Alena, Petrum Veiller, Petrum Picot, Richardum Milun, Nicholaum Varin, Willelmum de Valle, Johannem Hugon, Philippum Burnouf, Stephanum Bertranni, Jordanum Johannis, Robertum Ferrant, Radulfum Valepic, Gaufridum Arfat et omnes alios homines de dicto feodo de Nigro Monte tenentes, qua die prefati homines tamquam contumaces a curia nostra recesserunt et in emenda nostra remanserunt, sed postea eadem die prefati homines voluntati et dispositioni Nicolai, Dei gracia abbatis Montis, omnino se supposuerunt et obligaverunt et omnia predicta videlicet redditus et servicia prout superius sunt prenotata eisdem abbati et conventui spontanei non coacti per consilium bonorum virorum et die Jovis crastina in plenis placitis coram nobis apud Sanctum Elerium in eadem insula priori Sancti Clementis adhoc vocato, loco dictorum abbatis et conventus et sui prioratus plenarie recognoverunt et sibi gagiaverunt et facere et reddere bona fide et sine fraude promiserunt videlicet prefati homines Petrus, Petrus, Petrus, Richardus, Nicholaus, Willelmus, Johannes, Philippus, Stephanus, Jordanus, Robertus, Radulfus et Philippus dictus Brito pro dicto Alexandro patre suo coram nobis pre-

dicto patre attornato contra dictos abbatem et conventum et priorem et nos ipsos per judicium curie nostre adjudicavimus quod non possint contra istam recognitionem et obligationem ullo modo temporibus futuris aliquid actemptare. In cujus rei testimonium et munimen et quod istud negocium inconcussum permaneat in futurum presentibus litteris ad peticionem dictorum abbatis et conventus et dicti prioris sigillum nostrum proprium duximus apponendum una cum sigillis decani de Gersoio, militum et vicecomitis et juratorum qui sigilla sua apposuerunt. Actum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo decimo, die Jovis post festum Sancti Michaelis in Septembri.[1]

[*Collationné à une copie de la fin du XIII*e *siècle, sur parchemin, existant aux archives de La Manche*].

No 75.

Acte de la Cour Royale, en date de l'année 1401, dans le procès entre Thomas Rousel, Prieur de St Clément, et Colin Jeullein, homme resséant du Fief de Noirmont. Plaids tenus devant Colin Le Petit, Lieutenant de Geoffroy Brasdefer, Bailli de Jersey, en présence de Drouet Lemprière, Clément Le Hardy et Jacques de la Hougue, Jurés du Roi.

Le Prieur soutint que Jeullein et les autres tenants dudit fief devraient charrier le bois et les meules du moulin dudit fief, ainsi que les camparts et faire le service de prévôté : lesquels services ledit Jeullein avouait devoir.

Le Prieur, en outre, réclamait que lesdits tenants devaient le service de foin, de vin et de buche, et se plaignait que ledit Jeullein avait refusé d'apporter la buche. Jeullain nia devoir ces services et le Prieur offrit la preuve de ses prétentions.

1401. Fayt lan de grace mil quatre cens et un, le jour de lundi prochain apres la feste Saint Mathie,[2] furent presens en droit a Saint Helier pardevant nous Colin Le Petit luytenant de Giffre Brasdefer ballif nostre Segnor le Rey d Engleterre en lisle de Gersye cest a savoir freire Thomas Rousel priour de Saint Clement dune part et Colin Jeullein homme reseant du fuy de Nermont dautre lequel priour pro-

(1) 2 Octobre 1270. (2) 26 Septembre.

posa vers ledit Jeuleyn que ledit Jeulleyn o les autres tenantz dudit fieu luy devoient faire servise de porter et carier le boes, les meulles du moullin dudit fuy en cas que le dit priour ou qui auroit cause dudit fieu le voudroient faire et soustenir et maintenir faiture dudit moullin comme lez hommes de nostre Seignor le Roy font a ses moullins et porter et carier les campars dudit fuy ou il plaeroit a celluy qui auroit cause dudit fieu et le prevost dudit fieu assembler et rendre a compte de toutes manieres de redevances deues ou dit fieu, par quoy se ledit Jeullein le confessoit, ledit priour disoit que ledit Jeullein o les autres tenantz dudit fieu luy devoient servise de fein, de vin et de buche a qui auroit cause dudit fieu dedens le fieu et ledit Jeullein avoit estey refusant de apporter la buche audit priour dedens ledit fieu, par quoy se ledit Jeullein le confessoit ledit priour vouloit que il en faist amende et par consequent paier le servise dune carete denay ledit priour le vouloit prouver et ledit Jeullein luy denaia toute son affirmative et ledit priour offrit a prouver a soufiere. En tesmoing de ce nous avons sceelley ces lettrez du seal de la ballie de lisle desusdite contre-signey du nostre, present a ce Drouet Lempriere, Clement Le Hardi et Jacques de la Hougue jurés du Roy. Donné comme dessus.

[*Collationné à l'original existant aux archives de La Manche et privé du sceau dont il était revêtu*].

Nº 76.

Renaud d'Ayswell ou d'Ashwell, Bailli et attourné de Othon de Granson, Gardien des Iles, vise, par lettre datée du 11 Mars 1286–7, un accord fait en 1283 entre les religieux du Mont St. Michel et Philippe Le Breton devant Philippe L'Evesque, Chevalier, Bailli de Jersey, et Raoul Eudes, assignés par le Roi pour tenir les assises.

Ce vidimus contient :

I. La lettre du Bailli, Philippe L'Evesque, (1283) par laquelle les parties remettent leurs différends à l'arbitrage de l'abbé du Mont St. Michel et de Nicolas Fanegot, Prieur de St. Germain-sur-Ay. (1)

II. La sentence arbitrale desdits abbé et prieur, rendue en 1284, publiée en pleine assemblée de paroisse, et revêtue des sceaux de l'abbé, du doyen et du bailli.

(1) Voir Extente 1274, p. 25.

Philippe Le Breton [1] (dont les cautions étaient Philippe de la Hougue et Philippe de la Moye) était l'homme ou tenant de l'abbé du Mont St Michel. Il habitait Noirmont en St Brelade, Jersey, et procédait au sujet de la prévôté de Noirmont, qui avait été fieffée à lui et à ses ancêtres par l'abbé du Mont St Michel.

La sentence prononce que la prévôté de Noirmont appartiendra à l'abbé et au Prieur de St Clément ; que Philippe Le Breton tiendra de l'abbé son franc fief [2] par hommage, relief et aides coutumiers ; qu'il acquittera le relief dû depuis la mort de son père pour ce franc fief ; qu'il en sera de même pour ses autres fiefs ; qu'il tiendra de même son fief vilain en payant campart, et autres redevances ; qu'il paiera également des redevances pour le fief ès Garans, pour le fief Estable et pour le fief Burnouf. Si ledit Philippe et ses ancêtres ont acquis quelque chose des autres fiefs, il en paiera à proportion de l'importance comme les autres hommes de Noirmont pour les fiefs vilains. Ledit Philippe fera les services du moulin comme les autres hommes de Noirmont. Le Prieur de St Clément rabattra audit Philippe ou à ses héritiers pour le fief ès Gales (ou Galois) [3] trois cabots de froment, un pain, une geline et sept tournois.

1286-7. **Universis** hec visuris et audituris Raginaldus de Suelle ballivus et atornatus nobilis militis Otonis de Grandisono in insulis Gersoii et Guerneroii salutem in Domino. Noveritis quod cum contencio seu causa multipliciter verteretur inter viros religiosos et honestos abbatem et conventum Monasterii Montis Sancti Michaelis de periculo maris et mauxime priorem prioratus Sancti Clementis dicti insule Gersoii ratione reddituum et libertatum dicto prioratui pertinencium ex una parte et Philippum dictum Le Breton de parrochia Sancti Broelardi de dicta insula ex altera in curia illustrissimi Regis nostri Anglie in dicta insula videlicet super libertatibus, redditibus et serviciis quas predictus abbas et conventus et mauxime dictus prior exigebant et petebant a dicto Philippo, tamdem dictus Philippus spontanea voluntate nec vi nec metu ad hoc coactus super premissis se supposuit dicto, arbitrio, ordinacioni et voluntati virorum religiosorum Johannis Dei gracia abbatis dicti loci et fratris Nicholai

(1) Probablement le même Philippe Le Breton mentionné dans l'Extente de 1274, p. 40.

(2) Guillaume Le Breton tenait ce franc fief en 1309. (Rôle d'Assises, p. 275).

(3) Voir Charte No. 72 et note, p. 129.

Fanegot prioris Sancti Germani super E. et promisit dictus Philipus se et heredes suos ratum et gratum habituros et inviolabiliter observaturos quicquid dicti religiosi super dictis contencionibus, pace, judicio seu amicabili composicione alte et basse duxerint statuendum, ordinandum seu etiam injungendum sub pena centum marcarum argenti ab eodem Philippo apposita et ab ipso solvenda parti adverse si contingeret ipsum Philippum a dicto, ordinacione, statuto seu amicabili composicione dictorum abbatis et prioris resilire prout in compromisso super hiis inter partes predictas confecto sigillato sigillo nobilis militis Philippi dicti Levesque ballivi dicte insule et sigillo venerabilis viri decani dicte insule et dicti Philippi Le Bretun cujus compromissi tenor inferius continetur. Qui quidem abbas et prior Sancti Germani super E. in se honus [1] dicti compromissi susceperunt et assignaverunt dictis partibus videlicet dicto priori Sancti Clementis et dicto Philippo Le Bretun diem seu dies coram eisdem arbitris processurum super premissis ut jus esset et a predictis arbitris diligenter inquisito veritate cognita et percepta in presencia dictarum parcium et de consensu earundem fuit arbitratum et pronunciatum et etiam senteneiatum coram me ipso qui loquor, dicto Philippo Levesque milite, Radulpho dicto Eudes destinatis a dicto domino Rege ad tenendas assisias in dicta insula et coram juratis insule memorate, quorum enim arbitrorum sentencia sigillata sigillis eorumdem inferius annotatur. Hic est tenor compromissi :

1283. I. Universis presentes litteras inspecturis Philippus dictus Episcopus ballivus insule de Gersoyo salutem in Domino. Noverint universi quod cum contencio moveretur seu moveri speraretur inter viros religiosos abbatem et conventum Montis Sancti Michaelis de periculo maris et priorem eorum de Sancto Clemente in dicta insula ex una parte et Philippum dictum Le Bretun ex altera, tandem de consilio bonorum virorum dictus Philippus Le Bretun presens in jure coram nobis spontaneus non coauctus super dicta contencione et super omnibus contencionibus motis et movendis inter ipsas partes hinc et inde pro omni tempore retroacto pro se et heredibus suis supposuit se dicto, ordinacioni, statuto seu amicabili composicioni virorum religiosorum Johannis Dei gracia abbatis dicti loci et fratris Nicholai Fanegot prioris Sancti Germani super E. et promisit dictus Philippus Le

(1) pour *onus*.

Bretun se et heredes suos ratum et gratum habituros et inviolabiliter observaturos quicquid dicti religiosi super dictis contencionibus, pace, judicio seu amicabili compositione alte et basse duxerint ordinandum, statuendum seu etiam injungendum sub pena centum marcarum argenti ab eodem Philippo apposita ab ipso et ejus heredibus parti adverse persolvendarum si contingeret ipsum Philippum vel ejus heredes a dicto, ordinatione, statuto seu amicabili compositione dictorum abbatis et prioris resilire vel eis contradicere seu per ipsum stare quominus procederetur in premissis, ratis nichilominus manentibus dicto, ordinacione, statuto seu amicabili compositione dictorum abbatis et prioris, juramento ab eodem Philippo Britone de predictis tenendis et adimplendis et de non veniendo contra quoquo modo prestito corporali ; voluit etiam et concessit idem Philippus quod si contra premissa vel aliquid premissorum ipsum contigerit devenire tanquam reus perjurii puniatur tam per brachium ecclesiasticum quam etiam seculare quousque ad observacionem prestiti redierit sacramenti, et debent dicti religiosi dicto Philippo super dicto, ordinacione, statuto seu amicabili composicione dictorum abbatis et prioris dare patentes litteras sigillo eorum conventuali sigillatas et dictus Philippus eisdem religiosis sigillo nostro, decani dicte insule et suo proprio sigillatas quarum fiet audiencia in plena parrochia de Sancto Broelardo ne inter ipsas partes vel eorum successores de cetero contencio oriatur et super predictis tenendis et adimplendis ab eodem Philippo et ejus heredibus dictis religiosis pro dicto Philippo in eadem juris instancia presentes Philippus de Hoga et Philippus de Moya et super dicta pena solvenda, si committeretur erga dictos religiosos, fidejusserunt coram nobis et nos ipsos presentes et ad hec consencientes sentencialiter condempnamus et poterunt dicti abbas et prior dictum, statutum, ordinacionem seu amicabilem composicionem proferre in scriptis et sine scriptis stando, sedendo diebus feriatis et non feriatis et alio modo secundum quod viderint expedire coram omnibus quorum interest significamus per presentes litteras sigillis nostris sigillatas. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo tercio die Sabbati in festo Beati Dyonisii martiris.[1]

Hic est tenor sentencie dictorum arbitrorum :

1284. II. Universis hec visuris Johannes divina permissione humilis abbas monasterii Montis Sancti Michaelis de periculo maris et frater

(1) 9 Octobre.

Nicholaus Fanegot prior Sancti Germani super E. salutem in Domino. Noveritis quod cum inter nos abbatem predictum et conventum nostrum et predecessores nostros ac priorem nostrum Sancti Clementis in insula Gersoii ex una parte et Philippum dictum Le Bretun hominem nostrum de Nigro Monte de parrochia Sancti Broelardi dicte insule ex altera super prepositura de Nigro Monte et feodacione ejusdem eidem Philippo et ejus antecessoribus a predecessoribus nostris facta, ut dicebat, super redditibus, serviciis ab eodem Philippo nobis et priori nostro predicto debitis et rebus aliis contencio mota fuisset ac idem Philippus super dicta contencione et super omnibus aliis contencionibus motis et movendis inter partes hinc et inde pro tempore retroacto pro se et heredibus suis supposuisset se dicto, ordinacioni, statuto seu amicabili composicioni nostrum sub certa pena prout in litteris super hoc confectis sigillis virorum venerabilium et discretorum decani, Philippi dicti Episcopi, ballivi dicte insule, et dicti Philippi Britonis sigillatis plenius continetur, nos cognito de premissis et auditis hiis que partes hinc inde proponere voluerunt, dictum nostrum, ordinacionem, statutum seu amicabilem composicionem super hec protulimus in hunc modum videlicet quod prepositura predicta nobis et successoribus nostris perpetuo remanebit quam cum suis pertinenciis idem Philippus nobis propria voluntate dimisit, nec aliquid poterit idem Philippus nec ejus heredes in dicta prepositura seu ratione ejusdem de cetero reclamare. Item idem Philippus et heredes sui feodum suum francum per homagium, releveium et alia consueta auxilia tenebit ab abbate Montis et releveium de dicto feodo et aliis feodis suis secundum usum patrie solvet ex morte patris sui et ejus heredes post ipsum et sic deinceps relevabunt. Item feodum vilanum tenebit ab abbate et solvet exinde campartum et ejus heredes et octo cabbotellos frumenti septem cabbotellos avene ad festum Sancti Michaelis singulis annis ad mensuram dicti loci et quatuor panes et quatuor gaullinas ad Natale. Item dimidium cabbotellum frumenti reddet singulis annis pro feodo as Garanz[1] et unum cabbotellum pro feodo Estable ad dictum festum Sancti Michaelis, item unum cabbotellum pro feodo Burnouf ad dictum festum Sancti Michaelis et duos panes et duos capones ad Natale. Et si idem Philippus vel ejus

(1) Fief ès Garans.

antecessores aliquid emerint seu acquisierint de aliis feodis pro porcione et quantitate reddet redditus et faciet servicia et fesancias quibus dicta feoda acquisita possidebit et alios reddet et ejus heredes redditus et faciet fesancias et servicia pro quantitate feodi quod tenet sicut et alii homines de Nigro Monte feodum villanum tenentes reddunt et faciunt pro suis villanis feodis et tenentur reddere et facere et actenus reddiderunt prout in quadam littera sigillis ballivi et juratorum ejusdem insule sigillata plenius continetur et priori Sancti Clementis qui pro tempore fuerit ut domino de omni suo feodo tam franco quam villano obediet et ejus curie sicut alii sui homines respondebit et ejus heredes post ipsum. Item idem Philippus et ejus heredes debent sectam molendini dicti prioris, servicia et fesancias sicut et alii homines de Nigro Monte facere consueverunt dicto molendino ab antiquo ; de predictis autem redditibus prior Sancti Clementis quolibet anno deducet seu discomputabit dicto Philippo et ejus heredibus pro feodo au Gales tres cabbotellos frumenti, unum panem et unam gallinam et septem Turonenses nec aliud pro dicto feodo poterit exigere ab eodem priore. Dicimus autem et ordinamus quod ad perpetuam rei memoriam super premissis littera sigillo conventuali monasterii Montis sigillata dicto Philippo ab abbate et conventu Montis concedatur et a dicto Philippo dictis abbati et conventui alia littera sigillata sigillis virorum venerabilium et discretorum decani et Philippi dicti Episcopi ballivi dicte insule dictique Philippi dicti Britonis cujus fiet audiencia in plena parrochia Sancti Broelardi ne de cetero inter partes ipsas seu eorum successores vel heredes super hoc contencio oriatur. Pro redencione autem laboris nostri abbatis et conventus et expensarum quas in contencione hujusmodi expendissemus eidem Philippo dedimus decem libras turonensium in pecunia numerata. Que omnibus quorum interest significamus per presentes litteras sigillis nostris sigillatas de consensu dicti Philippi Britonis presentis coram nobis. Actum et datum anno Domini millesimo cc. octogesimo quarto, die Sabbati ante festum Sancti Dyonisii apud Montem Sancti Michaelis.

Quod vobis et omnibus quorum interest significamus per presentes patentes litteras sigillo nostro sigillatas ad peticionem dictorum religiosorum quod presentibus hiis apposuimus ad majorem hujus rei noticiam ac etiam firmitatem. Quod sigillum est domini nostri Regis

Anglie de ballivia dictarum insularum. Valete. Datum anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo sexto, die lune post Dominicam qua cantatur Reminiscere.[1]

[*Collationné à l'original existant aux archives de La Manche et revêtu du sceau de la baillie des îles : S. BALLIVIE INSVLARVM PRO REGE ANGLIE, ayant pour contre-sceau le sceau de Renaud de Suelle : S. RAGINARDI D'AYSWELLE.*][2]

Nº 77.

Sentence arbitrale de l'abbé du Mont St Michel et de Nicolas Fanigot, Prieur de St Germain-sur-Ay, dans le procès pendant entre l'abbé du Mont St Michel et Philippe Le Breton.

[*Reproduction à peu près littérale du Nº* 76. II].

Nº 78.

Lettre du Roi Edouard Ier au Bailli de Jersey à l'occasion du différend entre le Prieur de St Clément et Philippe Le Breton, qui refuse d'accepter la sentence arbitrale de l'abbé du Mont St Michel et du Prieur de St Germain-sur-Ay, en alléguant qu'il avait seulement accepté l'arbitrage sur la question de la prévôté. Le Bailli devra faire aux parties prompt complément de Justice.

Cette lettre est datée de Sainte Quiterie, village près d'Aire sur l'Adour, arr. de St Sever (Landes).

Circa 1286.

Ballivo insule Gersoii etc. Querimoniam dilectorum nobis in Christo abbatis et conventus Montis Sancti Michaelis in periculo maris et prioris eorumdem de Sancto Clemente continentem quod cum inter eosdem ex una parte et Philippum Le Breton ex altera super prepositura de Nigro Monte, redditibus, faisanciis et serviciis alis contentio mota extitisset idem que Philippus sub pena centum marcarum se super premissis dicto, ordinacioni seu arbitrio dicti abbatis et prioris Sancti Germani super E. submisisset, idem abbas et

(1) Le second Dimanche de Carême.

(2) Ce sceau est l'empreinte du sceau envoyé pour les Iles par Edouard Ier. Voir à ce sujet Havet, Cours Royales, page 160.

prior arbitrando pronunciarunt dictam preposituram eisdem abbati et conventui et priori eorumdem de Sancto Clemente perpetuo remanere et quod idem Philippus et heredes sui feodum suum francum per homagium et relevium et alia consueta auxilia teneret de predicto abbate et feodum suum vilanum solvendo inde campartum, octo cabotellos frumenti, septem cabotellos avene, quatuor panes, quatuor gallinas, et pro feodo as Grans (1) dimidium cabotellum frumenti, et pro feodo Estable unum cabotellum, et pro feodo Burnof unum cabotellum, duos panes, duos capones et alia contenta in pronunciatione predictorum abbatis et prioris Sancti Germani, dictus Philippus post modum negando asserens se arbitrio seu ordinationi eorumdem nisi tantum de prepositura predicta obedienciis ejusdem nequaquam submisisse, pretextu cujus negative dictum Philippum ad probationem ejusdem admisistis, dictique religiosi offerentes secundum jus et consuetudinem dicte insule affirmativam probare judicium dicteque curie inde fieri cum instancia petierint, quod facere recusastis, vobis mandamus quod vocatis vocandis dictos abbatem et priorem suum de Sancto Clemente ad dictam probationem faciendam admittatis et partibus prout secundum consuetudinem parcium illarum et judicium juratorum curie predicte fuerit faciendum exibeatis celeris justicie complementam. Teste me ipso apud Sanctam Quitariam etc.

[*Collationné à une copie du XIII*e *siècle, sur parchemin, existant aux archives de La Manche*].

N° 79.

Lettre d'Edouard Ier au Bailli de Jersey.

Il lui enjoint de contraindre Philippe Le Breton à l'observance de la sentence arbitrale prononcée par l'abbé du Mont St Michel et le prieur de St Germain-sur-Ay, sentence prononcée selon la loi et la coutume de l'Ile de Jersey ; et il mande au Bailli d'en faire certifier l'exécution par douze jurés qu'il désignerait.

Cette lettre est datée de Bordeaux, le 1er Mai 1287.

1287. **Edwardus** Dei gracia Rex Anglie, dominus Hibernie et Dux Aquitanie, Ballivo de Gereseye vel ejus locum tenenti salutem.

(1) Fief ès Garans.

Mandamus vobis quatinus Philippum Le Bretton ad observationem arbitrii omologati per expressum consensum partium et judicium seu sententiam assisie nostre, ut dicitur, quod abbas Montis Sancti Michaelis et prior Sancti Germani super E. inter dictos abbatem et conventum et priorem eorum Sancti Clementis et dictum Philippum promulgasse dicuntur secundum legem et consuetudinem dicte insule, rigide compellatis bona sua et fidejussorum suorum ad hoc si opus fuerit distringendo dum tamen per sacramentum duodecim proborum et legalium hominum inveneritis quod dictus Philippus super omnibus rebus de quibus extitit arbitratum se submiserit aut conpromiserit in arbitros memoratos, aut quod super dictis rebus ante tempus submissionis seu conpromissi mota fuisset contentio inter ipsos. Datum [apud] Burdegalam (1) primo die Maii, anno regni nostri quinto decimo.

[*Collationné à une copie de la fin du XIII*e *siècle, existant aux archives de La Manche*].

N° 80.

Lettre du Roi Edouard Ier à ses Baillis de Guernesey et Jersey, en date du 4 Septembre 1288.

Philippe Le Breton lui avait exposé à diverses reprises les injustices qu'il avait eu à endurer de la part des religieux du Mont St Michel et de leur Prieur de St Clément. En conséquence le Roi avait mandé auxdits Baillis de lui faire rendre bonne justice, après avoir entendu les parties, mais les religieux, affirmant qu'ils n'avaient rien à se reprocher envers le plaignant, avaient prié le Roi de terminer le procès qui les divisait.

Les Baillis auront donc à s'adjoindre des hommes loyaux de l'Ile de Jersey, à appeler les parties, à résumer l'état de la question, et à le transmettre au Roi sous leurs sceaux et les sceaux des Jurés, afin qu'il puisse prononcer une sentence définitive.

1288. **Rex** ballivis suis insularum de Gernereye et Gereseye salutem. Cum Philippus Le Breton pluries ad nos accesserit et graves querimonias deposuerit coram nobis super diversis injuriis et gravaminibus sibi illatis per religiosos viros abbatem et conventum monasterii Montis etc. et priorem suum de Sancto Clemente, per quod vobis multo-

(1) Bordeaux.

ciens scripsimus et dedimus in mandatis quod eidem Philippo super premissis auditis rationibus parcium fieri faceretis debitum et maturum justicie complementum, et idem religiosi asserentes se dicto Philippo injurias aliquas seu gravamina non fecisse nobis supplicaverunt ut negocium et contenciones inter eos et prefatum Philippum habitas et subortas, prout idem negocium coram vobis extitit agitatum, velimus justo modo terminare. Nos ut diffusis laboribus et expensis ipsorum religiosorum ac etiam memorati Philippi parcere valeamus peticioni sue quam justam fore novimus et honestam favorabiliter annuentes vobis mandamus quod associatis vobis viris legalibus ac discretis de insula Gerseye supradicta vocatisque partibus coram vobis recordum et processum contentionum predictarum inspiciatis et diligenter examinetis prout res illa per continuacionem dierum hucusque in curia nostra coram vobis placitata extitit et deducta, et cum id feceritis omnem certitudinem ejusdem negocii nobis sub sigillis vestris et sigillis juratorum quos contigerit interesse nobis distincte et aperte rescribatis ut tunc prefatum negocium per diffinitivam sententiam terminari et partibus in premissis facere valeamus quod de jure et de consilio nostro duxerimus providendum. Et remittatis nobis hoc breve. Datum apud Urdoys in Aspis (1) quarta die Septembris anno regni nostri sexto decimo.

[*Collationné à une copie du XIIIe siècle, sur parchemin, existant aux archives de La Manche*].

N° 81.

Lettre de Guillaume de St Remy, Bailli de Guernesey, et de Pierre d'Artis, Bailli de Jersey en date de 1290.

Après examen de la cause pendante entre le Prieur de St Clément et Philippe Le Breton, ils ont, conformément au mandement du Roi, convoqué les Jurés du Roi et plusieurs autres discrètes personnes à un certain jour pour entendre les plaidoiries des parties.

Ledit Philippe Le Breton, après avoir échoué dans ses prétentions, s'était rendu contumace.

Les Baillis, en conséquence, après avoir pris l'avis des Jurés du Roi et des autres assistants, font saisir et confisquer les terres et possessions dudit Philippe.

(1) Urdos dans la vallée d'Aspe, Basses Pyrénées, arrondissement d'Oloron, Canton d'Accous.

La lettre fut scellée des sceaux des Baillis et du sceau du Bailliage des Iles.

1290. **Universis** hec visuris Magister Guillelmus de Sancto Remigio in insula Guenerroii et Petrus dictus Dartuis in insula Gersoii ballivi salutem in Domino. Noverint universi quod cum a serenissimo et illustri Rege et domino nostro nobis esset datum in mandatis ut nos causas, negotia et inquestas diu inter religiosos viros abbatem et conventum Sancti Michaelis in periculo maris et eorum priorem de Sancto Clemente ex parte una et Philippum dictum Britonem ex altera super diversis processibus habitis et ventilatis coram ballivo domini Regis in dicta insula Gersoii examinaremus et fine debito terminaremus vocatis ad hec vocandis prout in mandato dominis Regis plenius continetur. Nos volentes modis omnibus mandatum regium adimplere juratos domini Regis de dicta insula necnon alios discretos homines ut omnis suspictio mali penitus posset removeri ad certos diem et locum dictis partibus assignatos citari fecimus et ad judicium evocari, quibus partibus coram nobis constitutis, auditisque et intellectis hinc inde propositis et responsis et omnibus quecunque partes proponere voluerunt ; cum nos cum juratis et aliis discretis hominibus predictis super hujusmodi negotiis consilium haberemus processusque inquestas et alia acta inter dictas partes examinaremus et diligenter consideraremus per que manifeste apparebat dictum Philippum contra dictos religiosos succubuisse et ab intentione sua cecidisse per diffinitivam sententiam in assisiis per dicti Philippi confessionem prolatam et alias roboratam et confirmatam juxta dicti loci consuetudinem approbatam, dictus Philippus maliciose se absentavit, judicium recipere recusavit et contumaciter recessit, quem ad convincendam ejus maliciam ter fecimus coram nobis per dierum intervalla citari et ad judicium evocari contra dictos religiosos, ut jus esset, processurum et juri pariturum ad certos diem et locum quibus ipse solita et excogitata malicia deffecit fuitque contumax reputatus, tandem nos de dictorum juratorum consilio et aliorum discretorum virorum terras ipsuis et possessiones, licet acrius contra ipsum de consuetudine insularum possemus procedere, fecimus confiscari et publice arrestari. In cujus rei testimonium et ne processus coram nobis

habitus inter dictas partes valeat variari in futurum nos sigilla nostra propria una cum sigillo Ballivie insularum duximus apponenda. Datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo, die Lune ante festum beati Valentini.(1)

[*Collationné à l'original existant aux archives de La Manche et privé des sceaux dont il était revêtu*].

N° 82.

Lettre datée du mois de Mai 1291 de Philippe Le Breton rappelant le procès pendant entre lui et le Prieur de St Clément et se soumettant à la sentence arbitrale de l'abbé du Mont St Michel et du Prieur de St Germain-sur-Ay, rendue en 1284.

La lettre fut faite devant Pierre de St Hilaire, Guillaume de St Remy, Pierre d'Artis et Raoul Eudes, Justiciers du Roi, tenant les assises ; et revêtue des sceaux du Doyen de Jersey, du Bailliage des Iles, ainsi que du sceau dudit Philippe Le Breton.

1291. **Universis** hec visuris presentibus et futuris Philipus dictus Le Breton de parrochia Sancti Broelardi in insula Gersoii salutem in Domino. Ad eterne rei memoriam notum sit universis Christi fidelibus presentibus et futuris quod cum inter religiosos viros J. Dei gratia abbatem et conventum monasterii Montis Sancti Michaelis in periculo maris et eorum priorem prioratus Sancti Clementis de dicta insula ex parte una et me dictum Philipum ex altera ratione prepositure de Nigro Monte et super redditibus, serviciis et aliis deveriis(2) a me ipso dictis religiosis debitis contencio multipliciter veteretur(3) seu verti spereretur. Ego predictus Philipus spontanea voluntate, vi, metu nec dolo nec alias maliciose ad hec inductus super premissis et omnibus aliis contencionibus motis et movendis hinc inde pro omni tempore preterito pro me et heredibus meis totaliter me supposui et submisi dicto, ordinacioni, statuto seu amicabili compositione dicti abbatis domini mei et prioris Sancti Germani super E. sub pena centum marcarum argenti a me ipso apposita et solvenda si contra tenorem compromissi super hoc confecti aliquid attemptare presumerem, prout in literis super hoc confectis plenius continetur. Qui quidem dominus abbas et prior Sancti Germain super E. diligenter

(1) 12 Février. (2) *Sic* : releveiis (?). (3) verteretur.

cognito de premissis bene et legitime composuerunt, ordinarunt et statuerunt videlicet quod dicta prepositura dictis religiosis et eorum successoribus quam cum pertinenciis propria voluntate eisdem dimisi perpetuo remanebit nec aliquid potero ego predictus Philipus nec heredes mei in dicta prepositura nec ejus occasione de cetero reclamare.

Item etc.

[*La lettre continue en citant les termes de la sentence arbitrale. Voir N*? 76. II].

\+ + + + + + + + + + + +

Quam quidem suppositionem seu sumissionem in dictos dominum abbatem et priorem Sancti Germani super E. ego dictus Philipus fateor me fecisse et concessisse et ad eorum ordinacionem seu statutum ut prefertur et in eorum literis sigillis eorum sigillatis continetur et inviolabiliter observandam in perpetuum ego obligo me et heredes meos et omnia bona mea specialiter et expresse. Quod autem hoc robur firmitatis optineat perpetuum et ne super premissis vel aliquo premissorum contencio de cetero oriatur ego premissa in plenis assisiis coram providis viris et discretis videlicet domino Petro de Sancto Hylario milite, magistro Guillelmo de Sancto Remigio, Petro de Artis et Radulpho Odonis judicibus seu justiciariis ad dictas assisias tenendas specialiter deputatis, presentibus ad hec juratis dicte patrie et aliis fide dignis confessus fui spontanee et feci publicari et de hiis omnibus secundum formam suprascriptam prout moris est publice audienciam sollempniter feci. Et hoc concessi in parrochia Sancti Broelardi in dicta insula et has patentes literas dictis religiosis dedi sigillo decanatus dicte insule et ballivie insularum una cum meo proprio sigillatas que presentibus apponi procuravi in testimonium veritatis. Actum et datum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo, mense Maii presentibus pluribus fide dignis.

[*Collationné à l'original existant aux archives de La Manche et privé des sceaux dont il était revêtu*].

N? 83.

Vidimus fait en 1332 de la lettre de Philippe Le Breton, [N? 82] par Raoul Tourgis, Bailli de Jersey, en présence de Philippe de

St Martin, Guillaume Brasdefer, Philippe Langlois, Philippe Hascoul, Mathieu Le Loreur, G. de la Hougue et Pierre Ugon, Jurés de la Cour.

1332. **Universis** hec visuris et eciam audituris Radulfus Tourguis Ballivus domini Regis Anglie in insula Jerseii ad quos presentes littere pervenerint salutem in Domino. Noveritis nos vidisse, palpasse et diligenter examinasse quasdam litteras non cancellatas, non abolitas nec aliqua parte sui viciatas sigillo ballivie predicte una cum sigillis decanatus insule supradicte et Philippi dicti Le Breton sigillatas formam que sequitur continentes :

[*Ici suit la lettre, déjà imprimée, No 82*].

In quorum rei testimonium sigillum Curie Insule supradicte presenti transcripto duximus apponendum, ad hec autem presentibus Philippo de Sancto Martino, Guillelmo Braz de Fer, Philippo Lengleis, Philippo Hascoul, Matheo Le Loreur, G. de Hogua et Petro Ugon juratis Curie supradicte. Datum anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo secundo, die Sabbati post festum apostolorum Philippi et Jacobi. (1)

[*Collationné à l'original existant aux archives de La Manche et revêtu du sceau de la baillie de Jersey S. BALLIVIE INSVLE DE JERESYE, ayant pour contre-sceau le sceau de Raoul Tourgis :— S. RAOVL TORGIS C L C (clerc).*]

No 84.

Lettre d'Edouard Ier, datée du 10 Avril 1291 et adressée aux Baillis de Guernesey et de Jersey, au sujet du procès entre les religieux du Mont St Michel, le Prieur de St Clément et Philippe Le Breton. Le Roi pressait les Baillis de hâter la conclusion de cette affaire.

La lettre est datée de Newburgh (comté de York).

1291. **Edwardus** Dei gracia Rex Anglie, Dominus Hibernie et Dux Aquitanie Ballivis insularum de Gernereyo et Gereseyo salutem.

(1) 2 Mai.

Mandamus vobis sicut alias mandavimus quod propter aliquod mandatum nostrum vobis directum vel dirigendum non amittatis quin causas inter abbatem et conventum Sancti Michaelis in periculo maris et priorem Sancti Clementis ex una parte et Philippum Le Breton ex altera coram vobis diu ventilatas sine ulteriori dilatione expleatis secundum formam prioris mandati nostri vobis inde directi, presencia predicti Philippi ulterius non expectata, vel causam nobis significetis quare mandatum nostrum alias vobis inde directum exequi noluistis vel non potuistis. Teste me ipso apud Novum Burgum, decima die Aprilis anno regni nostri decimo nono. Devercote.

[*Au dos :* per O. de Hameltone].

[*Collationné à l'original existant aux archives de La Manche*].

N° 85.

Lettre datée du 7 Mai 1291, de Pierre de St Hilaire, de Guillaume de St Remy, de Pierre d'Artis et de Raoul Eudes (Senior), Justiciers, pour tenir les assises dans les Iles. Elle rappelle la soumission de Philippe Le Breton à la sentence arbitrale de l'abbé du Mont St Michel et de Nicolas Fanigot, Prieur de St Germain-sur-Ay. En pleines assises et en présence des Jurés de la Cour de Jersey, les Justiciers confirment l'acquiescement de Philippe Le Breton à ladite sentence.

1291. **Omnibus** hec visuris Petrus de Sancto Hylario, miles, Magister Guillelmus de Sancto Remigio, Petrus dictus d'Artis et Radulphus Odonis senior, judices seu justiciarii ad assisas in insulis hac vice tenendas specialiter deputati salutem in Domino. Noverint universi quod cum contentio seu causa diucius ventilata fuisset inter religiosos viros abbatem et conventum monasterii Montis Sancti Michaelis in periculo maris et eorum priorem de Sancto Clemente ex parte una et Philippum Le Breton eorum hominem ex altera super prepositura de Nigro Monte necnon et super redditibus, libertatibus, serviciis et aliis a dicto Philipo dictis religiosis debitis, presentibus in jure coram nobis fratre G. de Castro (1) dicto priore pro se et pro dictis abbate et conventu recepto procuratore cum literis procuratoriis sigil-

(1) du Chastel ?

lis ipsorum sigillatis et dicto Philipo pro se similiter, idem Philipus confessus est se super premissis et omnibus aliis contencionibus motis hinc inde et movendis pro tempore preterito submisisse seu supposuisse dicto, ordinacioni seu statuto prefati abbatis et N. Fanigot prioris Sancti Germani super E. sub certa pena contenta in compromisso super hoc confecto dictosque abbatem et priorem super premissis bene et legitime dictum suum ordinacionem et statutum inter partes dixisse, ordinasse, statuisse et promulgasse ad cujusmodi compromissum, dictum, ordinacionem et statutum tenenda adimplenda et inviolabiliter observanda, dictus Philippus obligavit se et heredes suos spontanee, specialiter et expresse secundum quod in litteris super hiis confectis plenius continetur eademque juris instancia durante in plenis assisiis dicte partes, dictus prior Sancti Clementis videlicet pro se et nomine procuratorio dictorum abbatis et conventus et dictus Philipus similiter pro se super dampnis et injuriis hinc inde occasione premissorum factis et habitis necnon et super dicta pena quam pars dictorum religiosorum dicebat eumdem Philipum commisisse specialiter compromiserunt in prefatos abbatem, militem, magistrum Guillelmum et priorem Montis Sancti Michaelis conventualem tanquam in arbitros arbitratores seu amicabiles compositores communiter nominatos et electos, promiseruntque dicte partes videlicet dictus prior pro se et nomine procuratorio dictorum abbatis et conventus et dictus Philipus ratum et gratum habituros quicquid dicti arbitri, arbitratores seu amicabiles compositores seu eorum major pars si contigerit alterum ipsorum, pendente hoc compromisso, decedere, judicio, pace seu amicabili compositione super dictis dampnis, injuriis et pena duxerint statuendum arbitrandum aut etiam ordinandum sub pena quadraginta librarum turonensium ab utraque parte apposita et solvenda ab ea parte que a dicto, ordinacione seu statuto vel amicabibili compositione dictorum arbitrorum seu eorum majoris partis ut prefertur resiliret seu non servaret vel per quam staret quominus procederetur in premissis parti dictum, ordinationem seu statutum arbitrorum observanti observare volenti et parate, poterunt enim dicti arbitri in premissis procedere et dictum suum proferre in scriptis et sine scriptis de plano sine strepitu advocatorum diebus feriatis et non feriatis quandocunque et quomodocunque voluerint et sibi viderint

expedire juramento super premisis tenendis et fideliter adimplendis secundum formam suprascriptam a dictis priore et Philipo prestito corporali. Quod omnibus et singulis quorum interest et interesse potest significamus per presentes litteras sigillo ballivie insularum una cum nostris propriis sigillatas in testimonium veritatis. Actum et datum de consensu partium predictarum anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo, die Lune ante translationem Beati Nicholai presentibus juratis insule Gersoii in plenis assisiis et pluribus aliis fide dignis.

[*Collationné à l'original existant aux archives de La Manche et auquel sont appendus les fragments de trois sceaux, dont l'un appartient à la baillie des îles, l'autre à Pierre de St Hilaire et le troisième à Pierre d'Artis.*

N° 86.

Compromis à Ardevon entre le Prieur de St. Clément et Philippe Le Breton. Jour est assigné aux parties dans la Cathédrale de Coutances.

Arbitres : Pierre de St. Hilaire, Chevalier, et Guillaume de St. Remy.

Témoins : Raoul Eudes, Nicolas de Surville (clerc), Pierre La Rimace, Jean Denys, Thomas Payn, Pierre fils de Pierre de St. Hilaire, Nicolas de Beaufougeray, N. des Gorges, Guillaume de la Moye.

1291. **Coram** nobis J. Dei gracia abbate et N. priore monasterii Montis Sancti Michaelis in periculo maris, Petro de Sancto Hylario milite et magistro Guillelmo de Sancto Remigio arbitris seu arbitratoribus vel amicabilibus compositoribus nominatis et electis inter viros religiosos nos abbatem et nostrum conventum monasterii nostri predicti per procuratores sufficientes nostrumque priorem de Sancto Clemente Gersoii ex parte una et Philippum dictum Britonem ex altera. Actum apud Ardevon de consensu partium presentium videlicet dictorum religiosorum per predictum priorem Sancti Clementis pro se et nomine procuratorio dictorum abbatis et conventus ac pre-

dicti Philippi anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo primo, die Jovis post festum sanctorum Arnulphi et Clari[1] nos assignamus dictis partibus diem crastinam synodi paschalis Constanciensis in ecclesia dicti loci infra magnam missam ad respondendum ab utraque parte peticionibus utriusque partis tradendis nobis predicto magistro Guillelmo in scriptis infra festum Sancti Michaelis proximo venturum quarum utrique parti secundum quod sua interest facere tenemur copiam competentem et ad procedendum in negotio arbitrii hujusmodi secundum tenorem dicti compromissi ulterius coram nobis. Actum ut supra de consensu predictarum.

[*Au dos :* Ad hec presentes fuerunt Radulfus Odonis, Nicholaus de Surevilla, clericus, Petrus La Rimace, Johannes Dyonisii, Thomas Pagani, Petrus filius domini P. de Sancto Hylario, et magister N. de Bello Filgerio, N. de Gorgiis, Guillelmus de Moya].

[*Collationné à l'original existant aux archives de La Manche*].

N° 87.

Acte de la Cour Royale de Jersey pardevant Richard de St Martin, Bailli, dans un procès entre Geoffrey Le Hardy, Prieur de St Clément, et Guillot de Lay, Procureur de l'abbé du Mont St Michel d'une part ; et Guillaume Le Breton, d'autre.

Le Prieur proposait contre Le Breton un certain accord fait à St Martin, en la présence de Janequin Coke, Gardien de Jersey, de Richard de St Martin, Bailli, et de Regnault de Carteret, Raoul Lemprière, Richard Le Petit et Thomas Brasdefer, Jurés du Roi, par lequel accord il fut convenu que, dans une certaine action intentée devant la Cour de Jersey entre André Maret, prédécesseur dudit Prieur, et ledit Le Breton, les parties apporteraient leurs titres, qui étaient en Latin ; et qu'une traduction en serait faite à l'usage de la Cour.

Le Breton acceptait l'accord et la cause fut plaidée.

Le Bailli et les Jurés reservaient leur jugement.

1367. **Fait** lan de grace mil troiz cens soixante sept le jour de Vendredi prochein devant la feste de la chaere Saint Pierre[2] furent presens en jugement a Saint Helier par devant nous Richart de Saint

(1) 19 Juillet. (2) 18 Février.

Martin ballif nostre sire le Roy d Engleterre en l'isle de Gersie, cest assavoir danz [1] Gieffre Le Hardi prieur de Saint Clement assembleement ovecques Guillot de Lay attourney et procureur de l'abbé et convent du Mont Saint Michiel dune partie, et Guillaume Le Breton dautre, le queil prieur proposa contre ledit Guillaume que euls avoient acordé a Saint Martin enssemble en la presence de Janequin Koc, gardein de Gersie, de Richart de Saint Martin, ballif, de Monsieur Regnaut de Carteret, de Raoul Lemperiere, de Richart Le Petit et de Thomas Brasdefer, jurés, sus ce que contencion estoit meue entre danz [1] Audruy Maret predecessour dudit dam Gieffre et ledit attourney et ledit Guillaume Le Breton en teille maniere et condicion que lesdits danz Gieffre et attourney et ledit Guillaume au jour des jugemens devant le ballif et les jurés apporteroient lour lettres qui sont en latin einssi que le latin qui est esdites lettres sera extraet et mis en frances en une autre lettre et le latin mis en frances, lesdites lettres leues en la presence du ballif et des jures, le frances contre le latin, lesdictes parties sacorderent que le ballif et les jurés jugeassent segon le contenu de la letre faite en frances et sobligerent lesdictes parties a tenir ferme et estable ce qui par lesditz ballif et jurés sera jugie, par quoy se ledit Guillaume Le Breton confessoit que il fust einsi, ledit prieur et attourne voulloient que il fust procedé jouste lacort dessus dit. Se il denoiet que einssi ne fust ledit prieur et attourney volloient faire vray comme au cas appartient, longuement alterquie sus le cas les dictes letres leues en frances et en latin, ledit Guillaume Le Breton tint les letres pour boennes confessant lacort dessusdit estre vray et vollut ledit Guillaume Le Breton que il fust procedie avant ou cas jouste le contenu de la letre mise en frances et plaeda ledit Breton sa partie et ledit prieur et attourney la lour et sus ce mistrent le ballif et les jures le cas en plus conseil. De queilles choses einsi faites lesdiz prieur et attourney nous requistrent letre et nous luy otriasmes. Presens a ce Monsieur Regnaut de Carteret, Richard Le Petit, Johan Poingdestre et Pierres Le Loreour. Donney comme dessus.

[*Collationné à l'original existant aux archives de La Manche et revêtu du sceau de la baillie de Jersey, ainsi que du sceau de Richard de Saint Martin.*

(1) Dominus.

N° 88.

Certificat de Thomas Le Court et Robert du Breuil, tabellions apostoliques dans le procès devant le Bailli de Jersey et les Jurés de la Cour Royale entre les religieux du Mont St. Michel, et le Prieur de St. Clément, d'une part ; et Guillaume Le Breton de la paroisse de St. Brelade, d'autre.

I. Accord fait par Guillaume Le Breton devant lesdits Tabellions.

Guillaume Le Breton prétendait avoir par raison de son fief au Breton, en St. Brelade, tenu par lui des religieux, droits de gage-plege, cour et usage, noces, ventes et saisines, garende de lapins, verp de bêtes gaives, varech d'aventure de mer et autres franchises.

Les religieux soutenaient qu'il n'avait aucun droit de gage-plege ni aucune des dites franchises.

Guillaume Le Breton abandonne ses prétentions. Cet abandon a lieu au Mont St. Michel en présence de Jean Cheney, prêtre, de Jacques Liart, avocat en cour séculière, de Ranulf Toue, (des Diocèses de Bayeux et d'Avranches) et de Raoul Mallart, de Pierre Vasse dit Brasdefer, de Raoul Pouchin et de Michel des Prés (ces quatre derniers de l'Ile de Jersey).

II. Lettre de ratification de ce désistement pardevant Richard Le Petit, Bailli de Jersey, faite en 1368, en présence de Renaud de Carteret, Raoul Lempriére, Pierre Le Loreur, et Jean Poingdestre, Jurés du Roi.

1368. In nomine Domini. Amen. Presentis instrumenti publici seriem inspecturis cunctis pateat evidenter quod anno a nativitate ejusdem Domini millesimo trecentesimo sexagesimo octavo secundum stillum Romane curie, indictione sexta, die decima tertia mensis Novembris, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Urbani divina providencia pape quinti anno septimo in presentia nostri notariorum et testium subscriptorum et coram reverendo in Christo Patre ac Domino Domino G. Dei et apostolice sedis gracia abbate monasterii Montis Sancti Michaelis in periculo maris ordinis Sancti Benedicti Abrincensis diocesis personaliter constitutus discretus vir Guillelmus Le Breton de parrochia de Sancto Broladio in insula de Gersoy Constanciensis diocesis non vi, non dolo, non metu, sed sua mera et spontanea voluntate confessus fuit omnia et singula contenta in quadam cedula quam in nostri notariorum et testium

subscriptorum presencia legi fecit palam et publice alta voce et cujus tenor inferius est insertus et etiam promisit tenere, facere et observare ac fideliter adimplere sub penis, juramentis, formis et modis quibuscunque in dicta cedula contentis et nominatis. Tenor autem dicte cedule de verbo ad verbum sequitur et est talis :

I. Comme contens fust meu par devant le baillif et les juréz de la court de nostre sire le Roy dengleterre en lisle de Gersye par entre religieus hommes et honestes labbé et le convent du Mont Saint Michiel ou peril de la mer et leur prieur de Saint Clement en ladicte isle de Gersye, dune partie, et Guillaume Le Breton de la paroisse de Saint Brolade ou dit isle, dautre, sur ce que ledit Guillaume sefforcoit envers les diz religieus de avoir et apercevoir par raison et a cause de son fieu que il ha en ladicte parroisse de Saint Brolade ou dit isle apellé le fieu au Breton que il tient desdiz religieux gage plege court et usage sur les hommes qui tiennent dudit fieu, noces, ventes et saisines, garende de connins, verp de bestes gayves, vrec daventure de mer et aussi grant franchise comme lesdiz religieux ont et appercoyvent en leur fieu de Noirmont par leur faisant hommage et paiant relief toutes foiz et quantes que le cas se offre. Et lesdiz religieux disoient et maintenoient que combien que ledit fieu dudit Guillaume soit tenu deuls par ledit hommage et payant ledit relief quant le cas se offre, si navoit oncques eu ledit Guillaume ne aucun de ses predecesseurs saisine ne possession aucune dudit gage et plaige ne daucune des franchises dessus nommées, mes en avoient touz jours eu lesdiz religieux saisine et possession par tant de temps quil nest memoire du contraire comme de leur pur et propre heritage. Sachent touz que par devant maistre Thomas Le Court et Robert du Brueil tabellions apostoliques fut present ledit Guillaume Le Breton qui congnut et confessa de sa bonne volenté sans nul contraignement que pour la bonne devocion que il ha a Dieu et à Monsegneur Saint Michiel et que il luy estoit venu de nouvel a cognoissance par bonnes gens dignes de foy lesdiz religieux avoir bonne cause et loyal et bon droit es choses dessus dictes il avoit renuncé et renunce du tout en tout pour li et pour ses hers sans ce que ou temps avenir il puisse demander ne chalenger droit par quelle voye que ce soit es franchises dessus dites et à chascune dicelles, sauf à tenir ledit fieu par hommage et relief

comme dit est. Et voulut et sobliga que lesdiz religieux et leurs successeurs aient et tiegnent les dites franchises perpetuelment afin de heritage sans debat ne empeschement de luy ne de ses hers ; et ensement est tenu et obligé ledit Guillaume passer, confermer et ratefier toutes les choses dessus dictes et chascune dicelles devant les diz baillif et jurez de ladicte isle de Gersye en jugement toutes foiz que il en sera requis de la partie desdiz religieux ou du prieur de Saint Clement sur paine destre reputé pour parjure et de quarante marcz dargent les quels il soblige paier as diz religieux se il deffalloit dacomplir les choses dessusdictes ou aucune dicelles. Et est et sera tenu ledit Guillaume luy et ses hers faire et paier par chascun an as termes acoustumez toutes telles faisances, redevances, rentes et services comme il ha acoustumé et est tenu à faire as diz religieux par raison des heritages quil tient deuls comme les hommes de Noirmont et comme plus a plain est contenu en une composition faicte entre lesdiz religieux et les anceiseurs dudit Guillaume. Et quant a toutes les choses dessus dictes et chascune dicelles tenir et avoir fermes et estables sans revoquer ou venir encontre par soy ne par autre ou temps avenir ledit Guillaume en a obligéz luy et ses hers et touz ses biens meubles et heritages presens et a venir a estre venduz et despenduz par la main de la justice soubz qui euls seroient trouvez par deffaute dacomplir les choses dessus dictes ou aucune dicelles. Et jura as Saintes Ewangiles de Dieu que contre les choses dessus dictes ou aucune dicelles il ne vendra par luy ne par autre ou temps avenir en aucune maniere. En tesmoing des choses etc.

De et super quibus omnibus et singulis prefatus dominus abbas peciit per nos notarios infra scriptos et quemlibet nostrum sibi fieri publicum sive publica instrumentum seu instrumenta. Acta fuerunt hec in monasterio predicto videlicet in aula dicti domini abbatis anno, indictione, die, mense et pontificatu quibus supra, presentibus domino Johanne Chesnaye, presbitero, Jacobo Liart, advocato curie secularis Ranulpho Toue Baiocensis et Abrincensis diocesium, Radulpho Mallart, Petro Vasse alias Brazdefer, Radulpho Pouchin et Michaele de Pratis de insula de Gersoyo Constanciensis diocesis cum pluribus aliis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Ego vero Robertus de Brolio clericus Abrincensi diocesi oriundus publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius premissis omnibus et singulis que in mei presencia acta et dicta fuisse referuntur una cum magistro Thoma Le Court notario publico hic subscripto et signato et testibus prenominatis interfui eaque prout supra scribuntur fieri vidi et audivi dictamque cedulam in presenti publico instrumento de verbo ad verbum fideliter inserui ac de ipsis facta diligenti collatione hic me subscripsi signumque meum consuetum apposui in testimonium premissorum requisitus.

Et Ego Thomas Le Court etc.

II. A touz ceuls qui ces presentes lettres verront ou orront Ricart
1368. Le Petit baillif nostre Sire le Roy d Engleterre en lisle de Gersie salut. Sachent tous que lan de grace mil trois cenz soixante et oit le jour de Jeudi prochain (1) empres la feste Saint Martin diver furent presens en jugement a Saint Helier par devant nous cest assavoir dan Gefroy Le Hardi prieur du priouré de Saint Clement en ladicte isle tant eu nom et en la fiée de labbé et convent du Mont Saint Michiel comme de lui, d'une partie, et Guillaume Le Breton, clerc, de la parroisse de Saint Brolade en ladicte isle, d'autre, lequel dan Gefroy nous monstra un instrument auquel ceste presente lettre est annexé, lequel instrument leu diligeanment et examiné par devant nous ledit Guillaume demande de nous savoir mon (2) se les choses contenues eudit instrument sont vraies ou non, le quel Guillaume de sa pure volenté sans contrainte recognut et confessa, conferma, ratefia les choses contenues endit instrument de point en point estre vraies et sobligea à ce par devant nous et ses hers es dessusdiz religieux a heritage. Et nous ledit Guillaume et ses hers es dessusdiz religieux et a ceulx qui aront cause deuls maintenir et acomplir les choses dessusdites a heritage jouste sa confession et obligation, condempnasmes et condempnon. En tesmoing de ce nous avon selley ces presentes du seel de nostre baillie, presens à ce Monsieur Regnaut de Carteret, Raul Lemperiere, Pierres Le Loreour, et Johan Poingdestre jurés de nostre court. Donné comme dessus.

[*Collationné aux originaux, entrelacés, existant aux archives de La Manche*].

(1) 16 Novembre 1368

(2) Savoir mon : expression ancienne. Le mot "mon" renforce le sens du mot "savoir".

N° 89.

Lettre de l'abbé du Mont St Michel accordant une pension de quatre livres tournois par an à Guillaume Le Breton, clerc, de la paroisse de St Brelade, en l'Ile de Jersey, pour être le conseil de l'abbaye en toutes les causes qui pourraient regarder les prieurs de ladite Ile, tant en cour ecclésiastique que séculière.

Cette pension lui sera payée par le Prieur de St Clement, et si Guillaume devenait le Sénéchal de l'Abbaye dans ladite Ile, il toucherait en plus vingt sous tournois.

L'abbé, en présence de Geoffroy Le Hardy, consentant, abandonne audit Guillaume les arrérages qu'il aurait pu lui réclamer.

1368. A touz ceulx qui ces lettres verront ou orront labbé et convent du Mont Saint Michiel eu peril de la mer, salut en Dieu. Sachent touz presenz et avenir que nous considéré lutilité de nostre moustier avons donné et octroié à Guillaume Le Breton clerc nostre chier ami et feal demourant en la parroisse de Saint Broullade en lille de Gersey cest assavoir quatre libvres tournois de pension chascun an au terme de sa vie tant seulement pour estre de nostre conseil en toutes noz causes meues et a mouver et en celles de noz prieurs demourant en ladicte ylle tant en court dyglese comme seculiere, et se il avenoit par cas que nous abbé et convent ou aucuns de noz priours eussent affaire du conseil dudit Guillaume en Guernere, ledit Guillaume iroit as coustagez de nous et de noz prieurs et prendra et apperchevra ledit Guillaume lesdictes quatre libvres du prieur de Saint Clement qui present est, ou qui pour le temps sera, ou non et a la fiee de nous abbé et convent, la metié à pasques prochain venant et lautre metié a la Saint Michiel prochain ensuiante, et s'ainsi estoit que il nous pleust que ledit Guillaume fust seneschal de noz terres en la dicte ylle ledit Guillaume prendroit et appercevroit oultre lesdiz quatre libvres vingt sols tournois o toutes les choses appartenantes audit seneschal a cause de son office par la main dudit prieur de Saint Clement ou de celluy qui seroit pour le temps tant comme il nous pleroit que il fust eudit office, et s'ainsi estoit que ledit prieur fust remis ou deffallant de faire sactisfaction audit Guillaume des dictes quatre libvres et vingt sols en la maniere que il est dit et desclere ledit Guillaume pourra faire faire Justice par le sergeant

dudit lieu sus les biens du prieuré de Saint Clement devant dit, lesquelx nous obligons quant a ce en cas que ledit Guillaume se porteroit bien et loialment en toutes choses envers nous religieux dessus dis ; et en celle mesmes instance nous avon donné et delessé en la presence de Geffroy Le Hardy present et consentant audit Guillaume tous les arrerages que il luy pourroit demandeir pour tout le temps passé tant a la cause de luy comme de ses predecesseurs de audevant du date de ceste presente lettre. En tesmoing de la quelle chose nous avon donné audit Guillaume ceste presente lettre patente seellée de nostre commun seel, voulans et consentans quelle tienge en fermeté pour le temps avenir durant la vie dudit Guillaume. Fait et donné au Mont Saint Michiel eu jour de Lundi prochain empres la Saint Martin diver lan mil trois cenz soixante et huit. (1)

[*Extrait d'un registre en parchemin existant aux archives de La Manche et intitulé : Livre d'Actes divers de l'abbaye du Mont Saint Michel, N°. 51, ledit extrait visé pour collation*].

N° 90.

Certificat de Thomas Le Court, notaire apostolique, constatant que Guillaume Le Breton, clerc, de l'Ile de Jersey, diocèse de Coutances, a prêté le serment comme conseil et défenseur de l'Abbaye du Mont St. Michel, dans toutes les causes qui pourront regarder les religieux dans ladite Ile ; ledit serment fait à l'abbé, à Jean Eon, (prieur claustral), à Geoffroy Le Hardy (Prieur de St. Clément) et à Guy de Curey (Prieur de Lecq).

In nomine Domini. Amen. Presentis instrumenti publici
1368. seriem inspecturis cunctis pateat evidenter quod anno a nativitate ejusdem Domini millesimo trecentesimo sexagesimo octavo secundum stilum Romane curie indictione sexta, die decima septima mensis Novembris pontificatus sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri domini Urbani divina providencia pape quinti anno septimo in presencia mei publici notarii et testium subscriptorum ad hec vocatorum et rogatorum discretus Guillelmus Le Breton, clericus de insula de

(1) 13 Novembre 1368.

Gersoyo, Constanciensis diocesis reverendo in Christo patri ac domino domino G. abbati monasterii Montis Sancti Michaelis in periculo maris ordinis Sancti Benedicti Abrincensis diocesis, Johanni Eon priori claustralis dicti monasterii, Gaufrido Le Hardi Sancti Clementis et Guidoni de Cureyo de Lay membrorum dicti monasterii in dicta insula existentium promisit et ad sancta Dei ewangelia juravit et sacris scripturis per eum tactis et etiam sub pena perjurii quod de cetero vita comite in omnibus et singulis causis omnium et singulorum dominorum dicti monasterii Montis sive per ipsos aut contra eosdem in dicta insula motis seu movendis tam in foro ecclesiastico quam seculari et contra quascunque personas cujuscunque auctoritatis existant de consilio erit causasque ipsorum erga quascumque personas consulere et pro posse defendere ac secreta causarum eorumdem alicui non revelare et hoc pro certa pensione sibi per dictos religiosos concessa prout in litteris sigillo communi dicti monasterii sigillatis, ut dicebat lacius contineri videbatur de quibus prefati domini abbas et priores petierunt per me notarium infrascriptum sibi fieri publicum instrumentum. Acta fuerunt hec in dicto monasterio Montis anno, indictione, die, mense et pontificatu quibus supra, presentibus Jameto Hardi et Johanne Potier Abrincensis diocesis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Thomas Le Court Constanciensis diocesis publicus apostolica et imperiali auctoritate notarius premissis interfui eaque sic fieri vidi et audivi, recepi, scripsi, publicavi et in hanc formam publicam redegi signoque meo solito signavi requisitus.

[*Collationné à l'original existant aux archives de La Manche*].

N° 91.

Fragments de notice où sont mentionnées les donations faites à l'abbaye du Mont St Michel par un chevalier du Comte Robert (voir N° 57), par Philippe de Carteret (voir N° 35), par Richard fils de Robert Malmarche, d'un moulin à Guernesey, et par le Comte Robert de la moitié de Guernesey.

No. 92.

Charte de Jourdain de la Hougue donnant aux religieux du Mont St. Michel deux pièces de terre situées sur le fief ès Dirvaux près la Sainte Croix (St. Martin).

1251. **Notum** sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Jordanus de Hoga dedi spontaneus et concessi pro salute anime mee et omnium antecessorum meorum in puram et perpetuam elemosinam ecclesie Sancti Michaelis in periculo maris et monachis ibidem Deo servientibus duas pecias terre sitas in feodo ad Dirouauz habendas sibi et successoribus suis et in perpetuum possidendas sitas juxta Sanctam Crucem valentes valorem unius quarterii frumenti annui redditus. Et si contigerit quod antedicte pecie terre non valeant unum quarterium frumenti, ego prenominatus Jordanus vel heredes mei tenemur eisdem monachis alibi in feodo nostro plenarie persolvere. Hanc siquidem donacionem feci ego prenominatus Jordanus antedictis monachis liberam, pacificam et quietam ab omnibus mihi vel heredibus meis pertinentibus et absque ulla reclamatione mei vel heredum meorum in futuro. Et si contigerit, quod absit, predictos monachos super predicta donatione in aliquo molestari, ego prefatus Jordanus vel heredes mei tenemur eisdem monachis illam ubique et per omnia garantizare vel in alio feodo nostro si neccesse fuerit excambiare valore ad valorem competenter. Quod ut firmum et stabile perseveret in posterum presentem cartam sigilli mei munimine roboravi. Actum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo.

[*Collationné à l'original existant aux archives de La Manche*].

No. 93.

Plaids de la Cour d'Héritage tenus pardevant Guillaume Hastain, Bailli de Jersey, en présence de Jourdain de Barentin, Guillaume de Carteret, Geffroy de St. Martin, et Guillaume Payn, Jurés du Roi.

Procès entre le Prieur de St Clément et Richard Le Caumez au sujet d'une somme de six cabots de froment de rente due par ledit Richard audit Prieur avec arrérages. Ne pouvant payer ce qu'il

devait au Prieur, Richard lui offrit son héritage. Le Prieur alléguait que Richard n'offrait pas l'entier de l'assiette. En conséquence une enquête fut jurée et fit son rapport. La Cour condamna ledit Richard à demeurer tenant de son héritage et à payer les arrérages.

1355. **Lan de grace** mil troes cens chinquante et chinc le Mardi prochain empres la feste Seint Perre à la Chaere se comparurent en jugement a Seint Helier es ples de heritage par devant nous Guillaume Hastein, ballif de lisle de Gersey, le priour de Seint Clement dune partie, et Richard Le Caumez, dautre, lesqueles parties venoent de resort de veue lenqueste presente termée et jurée et passée sans son[1], sus ce que ledit Richard avoet offert audit priour par loi et coustume deux vergies et demie de terre ou environ seantes en la parroesse de Seint Martin le viel pour six cabots de forment de rente annuel que il confessoit a lui en devoer cescun an au terme de la Seint Michiel ovec certains arreraiges congneu que einssi fust, ledit Richard diseot ledit priour devoer estre contreint de recuillier son heritage pour ce que il disoet que ce estoet lentier de lassiette et en aussi bon estat comme elle estoet ou temps du fuyffement dicele. Des queles choses ledit priour lui donna fornie : lenqueste juré et diligeaument enchargié sus le cas raporta par son serement que eus ne savoent pas que ce fust lentier de lassiete ne en aussi bon estat, par quoy apres plusors debas obeit ledit Richard a lamende et par consequent le condempnasmes a demorer tenant et a paier les arrerages. En tesmoing desqueles choses nous avons donné audit priour ces letres sous le seel de nostre ballie, en la presence de Jourdain de Barentin, Guillaume de Carteret, Gieffré de Seint Martin, Guillaume Paien, jurez le Roi.

[*Collationné à l'original existant aux archives de La Manche et auquel est appendu un fragment de sceau de la baillie de Jersey portant un contre-sceau mal empreint et sans légende*].

N° 94.

Sauf-conduit donné à Paris, le 31 Décembre 1412, par Charles VI, Roi de France, à Guillaume Michel, prêtre, natif de la terre et seigneurie que les religieux du Mont St. Michel ont en l'Ile de Jersey, pour venir au Mont St. Michel et y étudier pour y devenir religieux.

(1) Sans saon = sans reproche. Saoner = recuser les témoins suivant la Coutume de Normandie. (ch. 68).

Serment de fidelité fait au Roi de France par ledit Guillaume Michel.

Certificat de Robert du Vauvendrin, prêtre de Rouen, notaire apostolique, daté du 25 Mars 1413.

[*Ce document, assez long, n'a qu'une portée passagère avec Jersey et nous n'avons pas cru utile de le reproduire*].

Nº 95.

Lettre du Doyen de Jersey attestant qu'en sa présence à St. Hélier Henri de St. Martin, clerc, a reconnu avoir emprunté aux religieux du Mont St. Michel un livre appelé le Vieux Digeste. L'emprunteur s'obligeait à le rendre ou à en payer la valeur i.e. 10 livres tournois.

1308. **Universis** hec visuris Decanus de Insula Gersoii Constanciensis dyocesis salutem in Domino. Noveritis quod in nostra presencia et in jure coram nobis apud Sanctum Helerium in dicta insula personaliter constitutus Henricus de Sancto Martino clericus confessus fuit se habuisse et recepisse a viris religiosis et honestis abbate monasterii Sancti Michaelis de periculo maris et ejusdem loci conventu quemdam librum vocatum Dygestum Vetus, titulo commodati, quem quidem librum obligavit se redditurum dictis religiosis vel ejus legitimum valorem videlicet decem libras bonorum parvorum Turonensium ad eorumdem beneplacitam voluntatem ad que tenenda ipsum clericum presentem volentem et consentientem, justicia exigente, condempnamus. Valete. Actum et datum anno Domini millesimo trecentesimo octavo die Lune ante nativitatem Domini. (1)

[*Collationné à l'original existant aux archives de La Manche et revêtu du sceau du doyenné de Jersey.*

Nº 96.

Lettre de Philippe d'Aubigny, Bailli des Iles. (2)

Par mandement du Roi Henri III il restitue en pleines Assises à l'Abbaye du Mont St. Michel tous les droits qui l'appartenaient dans

(1) 23 Décembre 1308.

(2) Cette Lettre est imprimée par J. Havet, dans Gardiens des Iles Normandes, Pièce I, p. 39. Comparez aussi dans ce Recueil Nº 14, une lettre semblable pour Jersey.

l'Ile de Guernesey, en terre comme en mer, i.e. tout le varech dans le Valle, la quatrième partie des épaves de la mer par toute la dite Ile, la Mare Harla,[1] la Claire Mare et la Rousse Mare, l'usage de la chasse par toute la terre de l'abbaye et le charriage des froments hors l'île à la commodité de l'abbaye. En outre le Bailli reconnait que lui et ses prédécesseurs avaient pris à tort trois repas au Prieuré du Valle,[2] et limite le nombre des participants à trois pour l'avenir.

Témoins : Philippe d'Aubigny le jeune,[3] Guillaume de Salinelles, Hugues Payn, Pierre Bertram, Bertram, son frère, Philippe de Carteret, Robert de Havilland, G. de Grantez, Richard Bloudel.

1219. **Cum** humana memoria caduca videatur et labilis gesta presencium roboratur apicibus sigillatis. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod cum ego Philippus de Albigneio ballivus in insulis ex parte domini Henrici Regis Anglie, de mandato suo, literis suis attestantibus direptis, in insulis assisas tenerem, pro salute anime Johannis Regis Anglie et antecessorum suorum et filii sui Henrici Regis Anglie et mea secundum juris dispositionem abbatie Montis Sancti Michaelis de periculo maris et ejusdem loci conventui in plenaria assisa in pace reddidi firmiter et quiete omnia jura sua in insula Gernorroii, scilicet in mari et in terra, et videlicet omne werecum suum in Wala et quartam partam wereci tocius patrie et Maram Harlai et Claram Maram et Ruffam Maram et usum venandi per totam terram suam et portationem reddituum extra insulam tam in blado quam in aliis ubicumque voluerint ad commodum eorum. Preterea tria prandia que ego et antecessores mei in prioratu de Walo superflue et inhoneste capiebamus, testimonio legitimorum hominum de insula, ita quitavi, quod nullus predicta prandia deinceps capiat nisi se tercio, scilicet, ille baillivus et clericus suus et quidam alius, cum duobus garciferis. Et hec omnia feci assensu domini Regis Henrici tercii et mandato et ut hoc ratum et firmum permaneat in

(1) La Mare Haylla à St. Pierre du Bois, dont le Roi, l'abbé du Mont St. Michel et Nicolas de Cheney étaient propriétaires. (Enquête de 1274 devant les Juges itinérants.

(2) Dans les Plaids de la Couronne tenus en 1309 les jureurs présentaient que le Bailli et quatre autres avaient droit à un dîner au Prieuré du Valle après chacune des séances des trois grandes Cours. (Rôle d'Assize 1309, p. 163).

(3) Neveu du Bailli.

futurum sigilli mei munimine roboravi et confirmavi, anno tercio coronationis dicti domini Henrici Regis Anglie, his testibus Philippo juniori de Albigneio, Willelmo de Salinellis, Hugone Pagani, Petro Bertranni, Bertranno fratre suo, Philippo de Cartrait, Roberto de Havelland, G. de Granteis, Ricardo Blondel et multis aliis.

[*Collationné à l'original existant aux archives de La Manche et revêtu du sceau de Philippe d'Aubigny*].

N° 97.

Lettre de 1238 de Henri de Trubleville, Seigneur des Iles, mettant l'abbé du Mont St. Michel en possession du Prieuré du Valle.

La lettre est datée du Château du Homet[1] en l'île de Guernesey.

1238. Universis Christi fidelibus has litteras presentes inspecturis vel audituris Henricus de Trublevilla dominus insularum salutem in Domino. Universitati vestre notum facimus quod nos ex nostra mera voluntate et pro salute anime nostre misimus dilectos nostros et amicos in Christo abbatem Montis Sancti Michaelis de periculo maris et conventum ejusdem ac priorem de Wale in Gernereio in plenam possessionem prioratus de Wale cum omnibus suis pertinenciis ....

In cujus testimonium has literas nostras eisdem fieri fecimus patentes munimine sigilli nostri roboratas. Datum in insula de Gernereio in castro del Homet[1] die Martis proxima ante festum Beati Barnabe anno regni Regis Henrici filii Regis Johannis Anglie vigesimo secundo,[2] cum testibus proborum quam plurimorum domino Willelmo de Caugi tunc senescallo, domino G. de Lambergard, Wygano Britone, Waltero clerico cum multis aliis.

[*Extrait d'une charte existant aux archives de La Manche et n'ayant conservé qu'un fragment du sceau et du contre-sceau de Henri de Trubleville, ledit extrait visé pour collation*].

N° 98.

Lettre datée de Marlborough le 22 Novembre 1268 d'Edouard (Seigneur des Iles) fils du Roi Henri III à Guillaume de Barentin,

(1) L'ancien nom du Château Cornet. (2) 8 Juin 1238.

son Bailli des Iles. Il le charge de prononcer entre l'abbé du Mont St. Michel et Guillaume de Cheney, au sujet des terres qui appartinrent à Baudouin de Ver en Guernesey; Raoul d'Aubigny une des personnes désignées pour terminer le procès ayant refusé de connaître de l'affaire.

1268. **Edwardus** illustris regis Anglie primogenitus dilecto et fideli suo domino W. de Barentino ballivo suo insularum salutem. Certas personas deputavimus ad terminandum motas questiones et controversias inter abbatem de Monte Sancti Michaelis et dominum Willelmum de Cheney super terris que fuerunt Baldewini de Ver in insula Generoy, justicia mediante, in quas personas dicte partes unanimiter consenserunt, set una personarum hujusmodi, videlicet domino Radulfo de Albinyacho, in hac parte se excusante ac nolente cognoscere in premissis, dictum nostrum mandatum non est, prout debuit profectum; finem autem huic negocio imponi volentes et justiciam partibus exhiberi vobis mandamus firmiter injungentes quatinus in presencia parcium auditis mutuis peticionibus et defensionibus hinc inde et parcium rationibus intellectis quod justum fuerit secundum foros consuetudines et leges insule predicte proinde statuatis facientes vestrum statutum et judicium inter partes super premissis firmiter observari, proviso quod justicia nobis competens circa predicta nobis existat integra et illesa, quacumque littera seu compromisso confectionem presentium precedente minime resistente. Datum apud Merleberg[um] vigesimo secundo die Novembris anno regni Henrici regis patris nostri quinquagesimo secundo.

[*Collationné à l'original existant aux archives de La Manche et privé du sceau dont il était revêtu*].

N° 99.

Lettre de 1270 de Hugues de Turberville, Chevalier, Bailli des Iles, par laquelle il reconnait avoir reçu 200 livres tournois de l'abbé du Mont St. Michel pour un accord fait entre eux.

1270. **Omnibus** presentes litteras inspecturis et audituris Hugo de Turbevilla miles ballivus insularum salutem in Domino. Noveritis

quod viri religiosi abbas et conventus Montis Sancti Michaelis in periculo maris michi super duccentis libris Turonensium in quibus michi tenebantur per litteras pro pace et fine factis inter nos plenarie satisfecerunt et inde me teneo penitus pro pagato, confitens me vel mandatum meum nomine meo dictam peccuniam habuisse et volo expresse quod littere quas super hujusmodi peccunia habeo nullius sint momenti nec de cetero roboris obtineant firmitatem promittens quod occasione dicte peccunie ipsos vel eorum alterum nullatenus molestabo. In cujus rei memoriam sigillo meo presentes litteras sigillavi. Valete. Datum anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo, die Mercurii post festum Sancti Michaelis in Monte Gargano.(1)

[*Collationné à l'original existant aux archives de La Manche*].

N° 100.

Lettre de Hugues de Turberville, Chevalier, Bailli du Prince Edouard, Seigneur des Iles, au sujet du procès qui avait existé entre l'abbé du Mont St Michel et feu Guillaume de Cheney à l'égard des revenus de la terre du Comte à Guernesey.

Ce document est incomplet.

1270. **Universis** hec visuris Hugo de Turbevilla miles ballivus domini Edwardi illustris Regis Anglie primogeniti salutem in Domino. Noveritis quod cum causa seu contencio vel querela mota esset diu est inter virum bone memorie Ricardum abbatem quondam Montis Sancti Michaelis ... et dominum Guillelmum de Chaaneyo militem defunctum ....
ratione quorumdam reddituum et exituum quos in insula Guenereii emit dictus miles tempore quo vivebat ....
anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo .... die Sabbati post exaltationem Sancte Crucis (2) ....

[*Extrait de l'original existant aux archives de La Manche et privé du sceau dont il était revêtu, ledit extrait visé pour collation*].

(1) 14 Mai 1270. (2) 20 Septembre 1270.

Nº 101.

Lettre du Roi Edouard au Prieur de l'Islet à Jersey, à Pierre de St. Hilaire, Chevalier, et à Renaud d'Ayswelle, ou Ashwell, au sujet d'une question pendante entre les religieux du Mont St. Michel et la famille de Cheney sur la terre du Comte à Guernesey.(1)

1285. Edwardus Dei gracia Rex Anglie, Dominus Hibernie et Dux Aquitanie dilectis et fidelibus suis priori de Isleto de Insula Gersoii, Petro de Sancto Hylario militi et Reginaldo de Ayswelle salutem. Ex parte dilectorum nobis in Christo abbatis et conventus de Monte Sancti Michaelis in periculo maris nobis est ostensum quod cum ipsi jam viginti et tribus annis et amplius elapsis implacitassent coram ballivis Insularum Willelmum de Chaene de quadam terra cum pertinentiis suis in Insula nostra de Guenerre que vocatur Terra Comitis et dictus Willelmus pendente placito illo in fata decessisset, ac Willelmus de Chaene filius et heres predicti defuncti versus quem iidem abbas et conventus jus suum prosequebantur, pendente ut prius ipso placito, similiter expirasset, et postea cum iidem abbas et conventus jus suum prosecuti fuissent versus Nicholaum fratrem et heredem ipsius Willelmi proximo nominati tunc infra etatem existentem consideratum esset quod placitum illud dilationem caperet usque ad legitimam etatem ejusdem Nicholai et idem Nicholaus postea ad legittimam etatem perveniens summonitus esset ad respondendum eisdem abbati et conventui de placito supradicto, idem Nicholaus plures fecit defaltas per quod terra ipsa per considerationem nostre curie capta fuit in manum nostram, dictique abbas et conventus petierunt inquisitionem inde fieri et justicie complementum eis exhiberi secundum leges et consuetudines patrie in premissis .... Nos itaque ... assignavimus vos vel duos vestrum ...... ad inquirendum per sacramentum proborum et legalium hominum de predicta insula de Guernerre ...... In cujus rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes.

[*Extrait de la minute sur parchemin existant aux archives de La Manche, ledit extrait collationné*].

(1) Au sujet de ce procès, cf: Les Rôles d'Assize 1309, p. 22 et suite.

N° 102.

Lettre datée de Cantorbéry, le 28 Janvier 1285, du Roi Edouard Ier à Renaud d'Ayswelle ou Ashwell et à ses compagnons Justiciers itinérants dans les îles de Jersey et Guernesey, au sujet des champarts des panais etc. perçus par le Prieur du Valle, à Guernesey.

1285. **Edwardus** Dei gracia Rex Anglie, dominus Hibernie et Dux Aquitanie dilectis et fidelibus suis Reginaldo de Asshewelle et sociis suis justiciariis proximo itineraturis in insulis suis de Gereseio et Gernereio salutem. Cum quidam homines abbatis et conventus de Monte Sancti Michaelis in periculo maris in insulis predictis terras et tenementa de eis tenentes campipartes pastinarum, ceparum et porrorum de quibus iidem abbas et conventus per priorem suum de Valla eas ad opus ipsorum abbatis et conventus percipientis per manus predictorum tenencium et antecessorum suorum a tempore quo non extat memoria semper hucusque debitas et consuetas eisdem abbati et conventui contra justiciam subtrahere nitantur in ipsorum abbatis et conventus dispendium non modicum et exheredacionem manifestam sicut ex gravi querela sua accepimus, nolentes quod eisdem abbati et conventui in hac parte injurietur vobis mandamus quod, si ita est, tunc convocatis partibus coram vobis in itinere vestro predicto, auditisque earum rationibus et allegacionibus hinc inde eisdem abbati et conventui inde fieri faciatis quod de jure et secundum legem et consuetudinem insularum predictarum fuerit faciendum. Teste me ipso apud Cantuariam vigesimo octavo die Januarii anno regni nostri tercio decimo.

[*Collationné à l'original existant aux archives de La Manche et ne présentant plus qu'un fragment informe du sceau dont il était revêtu. L'adresse est écrite sur la lanière de parchemin qui porte le sceau : Reginaldo de Asshewell et sociis suis Justiciariis proximo itineraturis in insulis de Gereseyo et Gernereio pro abbate et conventu de Monte Sancti Michaelis in periculo maris*].

N° 103.

Vidimus de 1315 par les Baillis de Jersey et de Guernesey d'une Charte du Roi Henri III, datée du 3 Mai 1238, rendant à l'abbé et aux moines du Mont St Michel leurs mares en l'Ile de Guernesey, dont ils furent dessaisis par les Baillis du Roi.

Le roi concède aux moines le droit d'exporter leur blé et autres marchandises.

Dans le cas où la charge d'Abbé deviendra vacante, les moines auront la garde des biens et possessions de l'abbaye.

Universis presentes litteras inspecturis ballivi Gersoii et Guerneroii salutem in Domino. Noveritis nos vidisse et de verbo ad verbum diligenter inspexisse quasdam litteras non cancellatas, non abolitas non rasas nec in aliqua parte sui viciatas formam que sequitur continentes :

1238. Henricus Dei gracia Rex Anglie Dominus Hibernie, Dux Normannie, Aquitanie et Comes Andegavensis, omnibus ad quos presentes littere pervenerint salutem. Sciatis nos reddidisse et concessisse pro nobis et heredibus nostris abbati et monachis Sancti Michaelis de periculo maris maras suas in insula de Guerneroyo quas antiquitus tenuerunt et de quibus aliquando disseisiti fuerunt per voluntatem ballivorum nostrorum habendas eisdem monachis et tenendas sicut eas antiquitus tenere consueverunt. Concessimus etiam eisdem monachis pro nobis et heredibus nostris quod ipsi tempore pacis libere et sine impedimento deferre possint et educere blada sua et alia sua bona quocumque voluerint extra insulas ad commodum et utilitatem suam inde facienda secundum quod magis sibi viderint expedire. Et concessimus eisdem monachis pro nobis et heredibus nostris quod quocienscunque contigerit abbaciam suam vacare futuris temporibus custodiantur res et possessiones pertinentes ad abbaciam predictam secundum legem et consuetudinem terre prefate. In cujus rei testimonium has litteras nostras eisdem monachis fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Windesores tercio die Maij anno regni nostri vicesimo secundo.

Quod vidimus hoc testamur. Actum et datum anno Domini millesimo trecentesimo quinto decimo, die Jovis post festum Sancte Scolastice Virginis.[1]

[*Collationné à l'original existant aux archives de La Manche et revêtu des sceaux des baillies de Jersey et de Guernesey portant chacun un contre-sceau.*

N° 104.

Lettre d'Othon de Granson, Chevalier, en date du 31 Mars 1316, par laquelle il fait remise aux religieux du Mont St. Michel de certaines amendes encourues tant à Jersey qu'à Guernesey par l'abbé du Mont St. Michel et le Prieur du Valle.

1316. A touz ceus qui ces presentes lettres verront et orront. Othes de Gransson chevalier saluz en Dyeu. Comme labbey et le convent dont Mont Saynt Michiel et le priour do Wale fussent en amendes pour aucunes transgressions cest assavoir pour ce que Thomas Anquetil avoyt estey batu a la Rousse Mare e pour un mast qui avoyt estey meney au Wale sus larrest le Roy, et pour un porpoys qui avoyt estey pris sanz veue en la terre dou Wale e pour une amende de quarante libvres tauxee par les justices en Gersey: Sachent touz que je avant dit Othes en tant comme il appartient a ma persone pour la devocion que je ay au moustier dou Mont Saynt Michiel et pour lame dou bon Roy Edward que Diex assoille, les amendes des transgressions dessus dites lour ay quitey et pardoney. En tesmoyg de laquel chose jay mis mon seel a ceste letre patente: fete et donée en lan de grace mil troys cenz et seze, le derrayn jour de Marz.

[*Collationné à l'original existant aux archives de La Manche et revêtu du sceau d'Othon de Granson*].

N° 105.

Lettre, datée de Porchester le 23 Juillet 1324, d'Edouard II à Othon de Granson, Gardien des Iles de Guernesey, Jersey, Serk et Aurigny.

(1) 12 Février 1315—16.

Il lui envoie une plainte formulée par Alain Le Prevost et Jean Forlot contre l'abbé du Mont St. Michel et le Prieur du Valle.

L'affaire avait été traitée devant Henri Spigurnel et ses compagnons, Justiciers itinérants, en 1323.

Le Roi mande au Gardien de rendre justice aux plaignants.

1325. **Edwardus** Dei gracia Rex Anglie, Dominus Hibernie et Dux Aquitanie dilecto et fideli suo Ottoni de Grandissono custodi insularum de Guernerye, Gersye, Serk et Aurenuy vel ejus locum tenenti in insulis predictis salutem. Mittimus vobis petitionem Alani Le Prevost et Johannis Forlot coram nobis exhibitam presentibus interclusam de quibusdam oppressionibus et gravaminibus eisdem Alano et Johanni per abbatem de Monte Sancti Michaelis et fratrem Reginaldum quondam priorem Sancti Michaelis de Valle factis, unde iidem abbas et Reginaldus coram dilectis et fidelibus nostris Henrico Spigurnel et sociis suis nuper justiciariis nostris itinerantibus ad assisias in insulis predictis extiterunt convicti ut dicitur, mandantes quod inspecta petitione predicta ...... eisdem Alano et Johanni super hoc fieri faciatis festinum et debitum justicie complementum juxta processum inde factum et secundum foros et consuetudines insularum predictarum. Teste me ipso apud Porcestriam vicesimo tercio die Julii anno regni nostri decimo octavo.

[*Extrait d'un rôle en parchemin concernant l'île de Guernesey existant aux archives de La Manche*].

N° 106.

Extrait du rôle des plaids tenus à Guernesey en 1323 par Henri Spigurnel et Guillaume de Denon, Justiciers itinérants.

L'abbé du Mont St. Michel assigné à répondre par quel titre il réclame le varech dans toute sa terre au Valle, à Jethou, et à Lihou.

[*L'extrait n'est qu'une simple note*].

N° 107.

Lettre, datée de Londres le 22 Décembre 1337, par laquelle Thomas de Ferriers, Gardien des Iles, présente à l'Evêque de Cou-

tances, pour la cure de l'église de la paroisse de Ste Marie du Castel à Guernesey, Guillaume de Gaillard, en remplacement de Richard Fretard, décédé.

L'abbé du Mont St Michel est le patron de cette paroisse, mais la présentation appartient audit Thomas de Ferrieres à raison de sa garde.

Universis hec visuris Guillelmus (1) permissione divina Constanciensis episcopus salutem in Domino. Noveritis nos vidisse et in nostra presencia legi fecisse litteras patentes quarum tenor sequitur in hec verba :

1337. Venerabili in Christo patri domino Guillelmo Dei gracia Constanciensi episcopo suus humilis et devotus Thomas de Ferrariis custos insularum Garnesey, Gersey, Serc, Arney per dominum Edwardum illustrem Regem Anglie deputatus reverenciam et honorem tanto patri debitam. Ad ecclesiam Sancte Marie de Castro in insula Garnesey vestre diocesis de jure vacantem per mortem domini Ricardi Fretardi nuper defuncti et ad jus patronatus domini abbatis Sancti Michaelis in Monte Tumba veri patroni ejusdem et in possessione juris vel quasi presentandi ad eandem bona fide existentis et nunc ratione custodie predicte nomine prefati illustris regis Anglie ad meam presentacionem spectantem dilectum michi in Christo Guillelmum de Gayllard clericum nostrum vestre diocesis vestre venerande paternitati presencium tenore presento, supplicans quatinus dictum clericum ad eandem ecclesiam intuitu caritatis admittere velitis. Quod vestrum est in hac parte ulterius exequantur. In cujus rei testimonium sigillum meum presentibus apposui. Datum London[iis] die Lune proxima ante festum nativitatis Domini millesimo trecentesimo trigesimo septimo. (2)

Datum per copiam sub sigillo nostro die Dominica post festum Sancti Gregorii anno predicto.

[*Collationné à l'original existant aux archives de La Manche et revêtu du sceau de l'évêque, Guillaume de Thieuville*].

(1) Guillaume de Thieuville, Evêque, 1315–47. (2) 22 Decembre 1337.

Nº 108.

Lettre d'Edmond de Cheney, Gardien des Iles, datée du Château de Cornet à Guernesey, le 4 Mars 1364, au sujet des varechs de mer arrivés en l'Ile de Guernesey et dont l'abbé du Mont St. Michel doit avoir la quarte partie.

Geoffroy de Carteret, Prieur de la prieuré de St. Michel du Valle à Guernesey, était le Procureur de l'abbé.

1364. **Nous** Edmond de Chaeney, gardein des islez ou nom et pour nostre sire le Rey d Engleterre feson savoer a touz a qui il peut appartenir par cez presentes que comme ou temps de nostre garde plusours verez de meir sent appliquiez et ariveiz en lile de Guernere et par les sauveourz diceulz verez miz au plein tant jouste le chastel de nostre dit sire le Roy appeley le chastel Cornet en la dicte isle comme allourz, freire Guieffre de Carteret priour de la priouré de Saint Michiel du Valle en la dicte isle comme procuratour general de reverent pere abbey du Mont Saint Michiel ou peril de la meir et convent dudit luy,(1) nous requist de luy fere convenable partie dudit veret ...... cest asavoir la quarte partie si comme de droit .... lesdiz abbey et convent estoient et avoent estey en paisible possession .... en temongnance de quelle chose ...... cestez nos lettrez .... signeiz de nostre propre seel ou chastel Cornet en ladicte ille lan mil troiz cenz sexante quatre le jour de Mardy quart jour du moyz de Marz.

[*Extrait de l'original existant aux archives de La Manche et revêtu du sceau d'Edmond de Cheney, ledit extrait visé pour collation*]

(1) Pour "lieu".

N° 109.

Lettre de Jean Le Marchant, Bailli de Guernesey.

Procès entre Edmond de Cheney, Gardien des Isles, et Geoffroy de Carteret, Prieûr du Valle, Procureur de l'abbaye du Mont St. Michel, au sujet des varechs de mer arrivés au Château Cornet et ailleurs en l'Ile de Guernesey. Les moines en réclamaient la quarte partie. Après avoir fait une enquête sur le sujet, Nicolas de Cheney, le lieutenant du Gardien, admit le bien fondé de leur réclamation et jugement fut rendu en faveur des moines, en présence de dix Jurés du Roi, à savoir : Jean Lefevre, Colin Lefevre, Robert Henri, John Le Gay, Philippe de St. Martin, Guilleaume Caretier, Guilleaume Nicholas, Pierre Erenger[1], Richard Tiphane, et Jean Floeres.

1364, Mars 3. **A tous ceuls** qui ces presentes lettres verront ou orront. Joh̃ le Marchant ballif de nostre Sire le Roy dengleterre en lisle de Guerñ. Salut en Dieu. Comme pluss. veres de meir soient ariveys et appliquies tant de jouste le chastel Cornet comme aillours en la dite isle ou temps de la garde de Monsr Edmond de Cheyne, chevalier, garde des isles pour nostre dit Seigneur le Roy et ledit Gardein ait retenu par le temps dessusdit les dits veres appliquies et ariveys de jouste ledit chastel entendant que le droit des dis veres appliquies de jouste ledit chastel doie appartenir entierement a nostre dit Seigneur le Roy. Et Frere Gieffrr de Carteret priour du prioure du Valle procur general de reverent pere labbey du Mont Saint Mich̃. ou peril de la meir et du convent dudit lieu se comparust en jugement pardevant nous par plussr jours et chalengeast ledit gardein de luy rendre et restituer la quarte partie des dits veres appliquies jouste le dit chastel disant et propossant ledit prieur la quarte partie des veres en quicunque lieu que nostre dit Seigneur le Roy les apperceyve en ladite isle audit abbey et convent appartenir aussy bien jouste ledit chastel comme aillours en ladite isle et que ils en ont eu et tenu paisible possession du temps dont memoire domme nest du contraere, ce cogneu ou confesse de la partie dudit Gardein ledit prieur luy requeroit ladite quarte partie dudit verec einssy appliquie jouste ledit chastel por le temps dessusdit estre lui rendue et restitué ou noie ledit prieur len offroit a certifier et enfourmer deuement tant par le contenu dune chartre perpetuele du temps du bon Roy Edwart premier comme par le rapport de

1 Peut-être *Orenger*.

plusst loials hommes dignes de foy de ladite isle les quels que ledit Gardein voudroit eslire a ce aussi bien en labsence dudit prieur comme en la presence. Et sus ce ledit Gardein voulant estre certifie et enfourme deuement sus les choses dessusdites respondit audit prieur que il vouloit avoir avis sus le cas et deliberacion de consel einssy que le droit de nostre dit Seigneur Le Roy y fust garde et le droit du dit prieur, se aucun en y avoit ; sachiez que le jour de lundi tiers jour de Mars lan de grace Mil ccc lxiiij se comparut en jugement par devant nous a Saint pierre port Nicħ. de Cheyne lieutenant dudit Gardein et rapporta ou non dudit Gardein et en presence dudit prieur que ledit Gardein estoit pleinement enfourme sus le cas tant par le contenu de ladite charte comme par le tesmoign de plusst hommes dignes de foy de ladite isle par la queile informacion ledit Gardein avoit trouvé que les dis abbey et convent doivent avoir et appercevoir ladite quarte partie dudit verec en tous les lieus de la dite isle ou le Roy le prent et apperceit aussi de jouste le dit chastel comme aillours et que les dits abbey et convent en ont tenu paisible possession du temps dont memoire de homme nest du contraere en la maniere comme ledit prieur le propossoit. Et pour ce ledit lieutenant ou non et pour ledit Gardein delivra audit prieur ladite quarte partie dudit verec appliquie jouste ledit chastel. Fait et donne soubs le seel de nostre ballie presens a ce Joħ. Le Feyvre, Colin Le Feyvre, Roƀ. Hervi, Joħ. Le Gay, Pħ. de Saint Martin, Guiłł Caretier, Guiłł Nicħ, Pierre Erenger, Riĉ. Tipħe, Jeħ. Floer. Jures de nostre court le jour et lan dessus dis.

[*Original aux Archives de la Manche, revêtu du sceau de la baillie de Guernesey dont la légende a disparu*].

N° 110.

Lettre d'Edmond de Cheney, Gardien des Iles, (dont une transcription incomplète est déjà imprimée, voir N° 108.) datée du Château Cornet à Guernesey le 4 Mars 1364, au sujet des varechs de mer arrivés en l'Ile de Guernesey et mis à terre par les sauveteurs proche le Château Cornet et ailleurs en ladite île, dont Geoffroy de Carteret, Prieur du Valle, réclamait au nom de l'abbaye du Mont St Michel la quarte partie. Le Prieur (Procureur de l'abbaye) avait produit comme titre une charte du Roi Edouard I.

Le Gardien, en présence de cette charte et après avoir pris le conseil des notables de l'Ile, accorde la réclamation de l'abbaye.

1364, Mars 4. Nous Edmond de Chaeney Gardein dez islez ou non et pour nostre Sire le Roy dengleterre feson savoer a touz a qui il peut appartenir par cez presentes que comme ou temps de nostre Garde plusourz verez de meir sent appliquiez et arriveiz en lile de Guerner. et par lez sauveourz di ceulz verez miz au plein tant jouste le chastel de nostre dit Sire le Roy appeley le chastel Cornet en ladicte isle comme allourz ; freire Guieffre de Carteret priour de la prioure de Saint Michiel du Valle en la dicte isle comme procuratour general de reverent pere abbey du Mont Saint Mich. ou peril de la meir et convent dudit luy nous requist de luy fere convenable partie dudit verec ou non des avanz diz abbey et convent, cest asavoir la quarte partie si comme de droit du temps du memore nest du contraere lez diz abbey et convent estoent et avoent estey en paisible possession de chosez desuz dictez en temps que eulz eschaent tant environ ledit chastel comme allourz en lile desuz dicte. Et nous volanz plus planirement de la partie dezdiz abbey et convent estre enfformeiz et deument certiffiez en ladicte cause demandasmez audit procurator comment par queil title et par queil guarant lez avant diz abbey et convent voulent et vouchent avoent suz la terre nostre dit Sire le Roy par toute lile de Guerner tellez franchisez et libertex le queil procuratour nous enfforma insignua et demonstra une chartre perpetuelle de nostre Sire le Roy du temps du bon Eduuard premier contenante lez diz abbey et convent devoer prendre et apperchevoer la quarte partie de tout verec de meir venant arivant ou applicant en quiconquez lieux en ladicte ille tant environ ledit chastel comme allourz si comme il appert par le contenu de ladicte chartre, par quoy nous voulanz tenir et meintenir les avanz diz abbey et convent ez liberteiz et franchisez a eulz de nostre Sire le Roy et cez ancetrez doneiz et gueranteiz si comme il appert par le contenu de ladicte chartre et par linformacion dez bonez genz et comunne de la dicte ille a la dicte chartre acordanz audit procuratour dez avanz diz abbey et convent avon delivrey et fet delivreir toute la quarte partie dez diz verez arriveiz appliquiz et ameneiz le temps de nostre Garde en ladicte ille si comme droit requeroit. En temongnance de quelle chose audit procuratour cestez nos letrez patentez

avon donney fetez et signez sous nostre propre seel ou chastel Cornet en ladicte ille lan mil troiz cenz sexante quatre le jour de Mardy quart jour du moys de Marz.

[*L'ôriginal aux Archives de la Manche. Revêtu du sceau d'Edmond de Cheney*].

N° 111.

Lettre de Hugues de Turberville (dont une transcription incomplète est déjà imprimée, N° 100) pour mettre fin au procès entre l'abbé du Mont St Michel et Felicia, veuve de Güilleaume de Cheney. Arbitres nommés.

1270, Sept. 20. **Universis** hec visuris Hugo de Turbevilla miles ballivus dñi Edđ. illustr̄. Regis Angł. primogeniti salutem in Dño. Noveritis quod cum causa seu contencio vel querela mota esset diu est inter virum bone memorie Ricardum abbatem quondam Montis Sancti Michaelis in periculo maris ejusdemque loci conventum et dominum Guiłłm de Chaaneyo militem defunctum necnon et postmodum pendente causa inter fratrem Nicholaum abƀem successive dicti loci et conventum predictum dictumque militem ipsisque Nicholao et milite viam universe carnis ingressis, inter virum religiosum Nicholaum nunc abbatem dicti montis et conventum ejusdem loci ex una parte et dominam Feliciam relictam dicti militis ex altera secundum erramenta dicte querele precedencia per ajornamentum factum suffic̄. videlicet ratione quorūdam reddituum et exituum quos in insuł Guener̄ emit dictus miles tempore quo vivebat in dominio Sc̄i Michaelis ad que retrahenda et habenda dicti Religiosi dicebant et adhuc dicunt se esse propinquiores asserentes se habere ad ħ raōnes efficaces cum redditus et exitus ratione quorum agitur inter partes possideat et habeat a tempore facti contractus et postquam dictus miles decessit et presertim cum precium quod dictus contractus constitit solvere sint parati et ad ħ se offerant levationibus dicti mercati interim perceptis eis secundum patrie consuetudinem allocatis tandem videlicet anno dñi m. cc. septuagesimo die sabbati post exaltationem sancte crucis apud Sanctum Petrum in portu partibus comparentibus in juditio coram nobis dicto abbate nunc dictaque dña personaliter pro

se dictoque conventu per fratrem Petrum Bernardi priorem de Lihou attornatum eorum per litteras cum pars dictorū religiosorum recitaret contra dictam dominam presentem in juditio quod ipsa antea citata fuerat per servientem suffic̄ contra dictos religiosos ad respondendum eis secundū erramenta dicte querele mote ad certam diem competentem ipsaque ad h̄ deficiente nec se excusante nec pro se mittente mandatum fuerit ex parte nostra eam justiciari et citari vel ajornari. Iterum ad premissa secundum erramenta dicte cause eis responsuram ad aliam diem suffic̄ assignatam per judicium xij juratorum Guener̄ ad quam diem similiter non comparuit per se vel per alium nec se excusari fecit et ita duos defectus fecisset post ajornamentum in dicta querela post multas altercationes fuit coram nobis de consilio proborum actum expresse hinc et inde ordinatum et concordatum bona fide sub spe pacis reformande inter partes quod unaquaque pars dictorum religiosorum ejusdemque domine duos de amicis suis quos maluerit et sibi viderit expedire tenetur capere et eligere infra diem jovis instantem ante Letare Jerusalem(1) et in eos consentire tanquam in arbitr̄ vel amicabiles compositores ad reducendum partes ad concordiam et pacem de predictis secundum patrie consuetudinem diucius approbatam utrique parti ejus rationibus salvis loco et tempore proponend et inquisita super h̄ si necesse fuerit veritate. Ita tamen quod pars altera ullo modo non poterit amicos vel arbitros partis alterius recusare et ab unaquaque parte duobus amicis vel arbitris ut dictum est electis ipsi arbitri vel amici secum evocabunt de consensu parcium alium fidedignum quintum arbitrum ad procedendum in premissis si illi quatuor et non at non possint in unam sentenciam concordare vel in unum dictum ad quam diem jovis partes tenentur compare suffic̄ apud Constancias unaquaque pars cum suis duobus arbitris quos ad hujusmodi negocium voluerit nominare. Et tunc cum partes coram eisdem arbitris presentes fuerint ipsi arbitri debent accipere ab unaquaque parte atachementum sufficiens et partes ligare bene et fideliter quod ratum gratum et firmum tenebunt et habebunt dictum et ordinationem eorum vel majoris eorem partis de jam dictis. Et super hiis omnibus et singulis adimplendis dedit dicta domina plegios pro ipsa videlicet Rob̄. Vivier, Guill Viteclin, Ricardum Collart, Gervasium dictum Blanche, qui coram nobis dictam dominam sup hoc

(1) i.e. la veille du 4e dimanche de Carême, où l'*Introït* de la messe commence par ces mots.

pleigiarunt. Et ex parte dictorum religiosorum dati fuerunt super hiis plegii Joh̃. de Sc̃o Remigio et quidam alii. Quod universis et singulis sub sigillo nostro significamus. Valete. Datum anno Dñi m. cc. septuagesimo. Die Sabbati predicta.

[*Original aux Archives de la Manche, privé du sceau*].

Nº 112.

Lettre de Henri de Trubleville, Seigneur des Iles, (dont une transcription incomplète est déjà imprimée. Voir Nº 97.), datée du Château del Homet (Château Cornet) le 8 Juin 1238, remettant l'abbaye du Mont St. Michel et le Prieur du Valle en possession du prieuré du Valle avec toutes ses appartenances, mares, pêche d'anguille, varech de mer, la quatrième partie du varech par toute l'Ile de Guernesey, droits de chasse, ainsi que le droit d'exporter leur froment et les produits de leur terre, excepté en temps de guerre.

1238. **Universis** Christi fidelibus has litteras presentes inspecturis vel audituris Henricus de Trublevilla Dominus insularum salutem in Domino. Universitati vestre notum facimus quod nos ex nostra mera voluntate et pro salute anime nostre misimus dilectos nostros et amicos in Christo Abbatem Montis Sancti Michaelis de periculo maris et conventum ejusdem ac priorem de Wale in Gernerº in plenam possessionem prioratus de Wale cum omnibus suis pertinenciis postquam in manus nostras dictum prioratum recipimus cum maris suis omnibus et cursibus anguillarum et cum omnibus bonis dicto prioratui pertinentibus et cum omni warekko suo in Wale et cum quarta parte warekci tocius terre de Gernerº. Concessimus eciam eis usum venandi per totam terram suam cum precipue preceptum domini nostri Regis Anglie habuimus expressum in hunc modum quod viris religiosis quicquam moleste vel injurie nullatenus a nobis vel nostris inferatur, immo pocius omnia bona sua in omnibus pro sua voluntate ad comodum suum disponere et libertatibus eisdem predictis gaudere quibus gavisi sunt tempore predecessorum nostrorũ Regum Anglie et hoc ex precepto Domini Regis et nostra mera voluntate. Volumus eciam et firmiter precipimus omnibus Baillivis nostris quod dictus prioratus cum omnibus pertinenciis suis res ac omnia bona monachorum predictorum jndempnes et sine diminucione conserventur.

Concessimus eciam eis predictis quod bladum suum et redditus alios deferant ad comodum ipsorum ubicumque voluerint extra Insulam nisi gwerra in patria mota sit per quam portacio pati non possit. In cujus testimonium has litteras nostras eisdem fieri fecimus patentes munimine sigilli nostri roboratas. Datum in Insula Gerner. in castro del Homet die Martis proxima ante festum beati Barnabe Anno Regni Regis H. filii Regis Johannis Anglie xxij. cum testibus proborum quam plurimorum Domino Willo de Gaugi tunc senescallo, Domino G. De Lamberzard [1], Wygano Briton, Waltero clerico, cum multis aliis.

[*Original aux Archives de la Manche, avec sceau et contre-sceau*].

Nº 113.

Sur la plainte de l'abbé du Mont St Michel que ses esperqueries de congres et ses coutumes de maquereaux avaient été saisies entre les mains de la Couronne contre le jugement des Justiciers dans les dernières assises, le Roi Edouard III mande à Edmond de Cheney, Gardien, de faire rapport à lui et à son conseil des causes de cette saisine et des droits de la Couronne à ce sujet.

1364, Nov. 24. **Edwardus** Dei grã Rex Anglie dominus Hibern. et Aquit dilecto et fideli suo Edmondo Chayne custodi insularum nostrarum de Jerneseye [Guernerie] Serc et Aurrenye salutem. Ex parte dilecti nobis in Christo abbatis de Monte Sancti Michaelis in periculo maris nobis est ostenssum quod licet ipse et predecessores sui abbates loci predicti in possessione esperkarie congrorum et custumarum makerellorum de hominibus et tenentibus suis in dicta insula de Guernerie [recipiend] et percipiend a tempore quo non extat memoria pacifice absque interruptione aliqua extitissent sicut per recordum et processum placiti inde inter nos et predictum abbatem in ultimo itinere justiciar in dictis insulis itinerancium moti habita quorum tenorem in cancellaria nostra venire fecimus plenius poterit parere. Vos tamen ipsum abbatem et priorem de Vallia in eadem Insula de Guernereie eidem abbati subjectum a possessione dictarum esperka-

(1) Probablement Gérard de Lambersard, Gardien des Iles. 1235.

riarum et custumarum voluntarie et absque processu debito jam de novo amoveri fecistis et eas in manu nostra seisivistis minus juste in ipsius abbatis dampnum non modicum et ecclesie sue exhereditationem manifestam super quo idem prior nobis supplicavit sibi per nos remedium adhiberi. Nos volentes tam pro nobis quam pro prefato abbate in hac parte fieri quod est justum vobis mandamus firmiter injungentes quod sitis coram nobis et consilio nostro in cancellaria nostra a die Pasche proxime futuro in tres septimanas ubicunque tunc fuerit ad informandum nos et consilium nostrum de modo et causa captionis esperchariarum et custumarum predictarum in manum nostram et de jure quod ad nos pertinet in eisdem quem diem prefato abbati dedimus tunc ibidem ad faciendum et recipiendum quod justum fuerit in premissis et hoc sub periculo quod incumbit nullatenus omittatis ita quod per vestri absenciam negligenciam seu deffectum jus quod ad nos pertinet in hac parte nullatenus amittamus. Et in casu quo processum aliquem versus prefatos abbatem et priorem pro usurpationibus vel occupationibus experkariarum et custumarum predictarum pro tempore preterito feceritis eidem processui omnino supersedeatis quousque discussum fuerit utrum dicte esperkarie et custume ad nos vel ad prefatum abbatem debeant pertinere. Et districtionem si quam eis ea occasione feceritis sine dilatione relaxari faciatis eisdem. Datum apud Westm̃. xxiiij. die Novembris anno regni nostri tricesimo octavo.

[*Archives de la Manche. Copie sur parchemin du 14e siècle*].

No. 114.

Vidimus d'une charte de Robert I, Duc de Normandie, confirmant à l'abbaye du Mont St. Michel les donations faites par ses prédécesseurs et donnant à l'abbaye la moitié de l'île de Guernesey qu'il possédait par droit héréditaire. Pour l'autre moitié de l'île, appartenant à Néel (de St. Sauveur-le-Vicomte), il en concédait à la même abbaye les droits qui lui étaient réservés, *i.e.* mélage et tous autres ; aussi dans l'Avranchin le village de St. Jean-sur-mer et ses appartenances, tous ses droits dans la ville de Bevron avec huit moulins etc., et dans le Bessin, cinq moulins et une église à Verson-sur-l'Odon.

1270, Sept. 20. Universis presentes licteras inspecturis ac eciam audituris Officialis Constanciensis sede vaccante et decanus de Gersoyo una cum decano de Guernerroyo salutem in dnō. Noveritis nos vidisse et diligenter inspexisse cartam illustrissimi viri Roberti quomdam ducis et principis Normannorum non cancellatam non abolitam nec in aliqua parte sui viciatam formā que sequitur continentem.

Circa 1030. In nomine sc̃e et individue Trinitatis patris et filii et sp̃s Sancti amen. Ego Robertus comes filius magni Ricardi gr̃a Dei dux et princeps Normannorum, reddo Sc̃o Michaeli altare suum cum toto monasterio quod predecessores mei sibi hactenus vindicaverant. Reddo autem illud tali condicione ut quecumque a fidelibus populis ibi Deo et Sc̃o Michaeli fuerint oblata monachi ibidem Deo servientes omnino habeant teneant et possideant in loci utilitate nec ulterius veniat in custodia clericorum aut laicorum nisi abbatis et monachorum. Et hoc facio pro remedio animarum parentum meorum patris et matris fratrum et sororum et mea. Concedo eciam de rebus quas ad proprios usus jure hereditario possidebam et in usus servorum Dei ipsi in eodem loco Sancti Michaelis Archangeli serviencium sollempniter transfundo, id est medietatem insule que dicitur Guernerroy ad integrum et ex altera medietate quam quidam fidelis noster nomine Nigellus in beneficio tenet omnes consuetudines quas in meos usus retinebam, hoc est mellagium melayum[1] et omnia quecumque ex ipso beneficio meis usibus proveniunt. Concedo denique in Comitatu Abbric̃ villam que dicitur Sc̃i Johannis[2] sitam supra mare cum omnibus ad eam pertinentibus, silivinam que dicitur Byvia cum silivinis aspicientibus ad eam. In eodem siquidem comitatu dono et imperpetuum donatum esse volo in burgo quod appellatur Besverona quicquid in eo mei juris erat cum octo molendinis, theloneo et omnibus consuetudinibus ad totum ipsum burgum pertinentibus in omni parte. Addo quoque molendinos quinque et ecclesiam in comitatu Baiocac̃. in villa que dicitur Versun super fluvium qui vocatur Oldon ut habeant et possideant jure perpetuo, hec omnia pro anime mee remedio et genitorum meorum necnon eciam fratrum et sororum transfundo libens et concedo in usus cothidianos servorum Dei qui die noctuque pervigiles divinis obsequiis vel nostris adsunt temporibus vel futuri sunt in prenominato Sancti Archangeli Michaelis cenobio ut hiis temporaliter sus-

(1) *Sic.* (2) St Jean-le-Thomas, Manche, Canton de Sartilly. Z

tentati quietam et transquillam Dei miseracione et nostra heredum quoque nostrorum tuitione agant vitam et ne aliorsum ullis umquam temporibus querentes victus subsidia ab absiduitate divinorum obsequiorum sejungantur. Volo ut ħ. jure perpetuo teneant possideant habeant absque ulla reclamacione et publicorum ministrorum inquietudine sicut res ad fiscum dominicum pertinentes. Precor autem eorum qui mihi in hoc quem propicia divinitate teneo successerint honore animos ut sicut sue actoritatis inconculsaque locis s̃cis pro suarum animarum remediis constituunt obstabunt precepta ita hoc nostre devocionis preceptum inconculsum et incontaminatum observent ne quod mihi spe firmissima per Dei graciam profuturum credo ad anime mee salutem violatorum temeritati quod absit perveniat ad dampnacionem. siquis autem aliquando post posita ac peticione instinctu diaboli com̃otus hoc decretum violare vel aliorsum vertere presumpserit in diem magni Judicii a Deo et Sc̃o Mich̃ reddere rac̃oem cogatur. Et ut hoc inconculsum pmaneat et omnibus secculis notum manu propria subterfirmo fidelium quoque nostrorum testimoniis firmandum trado. ✠ Signū Rob̃ti archiep̃i. ✠ Signū Heriberti ep̃i. ✠ Signū Hugoñ. ep̃i. Signū Hugoñ. Ebrocateñ. ep̃i. ✠ Ego Rob̃tus princeps Normannorū gr̃a Dei dux hanc donac̃oem manu propria corroboravi et meis fidelibus corroborandam tradidi. ✠ S. Rogerii filius Hugoñ. ✠ S. Rob̃ti pincernae. ✠ S. Nigelli vicecomitis. ✠ S. Nigelli filii ejus. ✠ S. Goisfredi falses[1] vicecomitis. ✠ S. Aymonis vicecomit. ✠ S. Hugoñ. vicecomit. ✠ S. Rogerii filii Rodulfi. ✠ S. Turstingi vicecomit̃. ✠ S. Gozelini vicecomit̃.[2] ✠ S. Radulphi vicecomit̃. ✠ S. Turoldi constabili.

[*Archives de la Manche. Vidimus du 13e siècle*].
[*Cartulaire du Mont St Michel. fol. 26*].

N° 115.

Charte de Guillaume, Duc de Normandie, fils de Robert, par laquelle il donna aux moines du Mont St Michel les Iles de Serc et Aurigny, en échange de la moitié de l'Ile de Guernesey, que son père leur avait concédée, et qu'il (Guillaume) avait restituée à Ranulph, fils d'Anquetil.

(1) Farself ou Farsels. (2) Vicomte d'Arques.

Circa 1042. **Ego Guillelmus** comes Normannorum filius Rotberti comitis concedo Scō Michaeli suisque semper servientibus quasdam nostras insulas Serc et Aurene propter medietatem Grenere quam pater meus Rotbertus eis ob suam animam dederat quam ego Rannulfo filio Anschitilli reddidi. Ego Guillmus princeps Normannorum et Dei gr̄a dux hanc donationem manu propria corroboravi. Isti sunt testes donationis Guillm filii Rotberti comitis Hugo ep̄s Abrincensis, Willelmus filius Guillmi. Niellus juvenis. Hatuuardus Rex.[1] Hunfredus Namo. Guillmus filius Ranuldi. Rogerius filius Hunfredi. Josfredus vicecomes. Hugo filius Huberti. Hunfredus parvus.

[*Bibliothèque de la Ville d'Avranches*].
[*Cartulaire du Mont S^t^. Michel. fol. 29*].

Nº 116.

Charte de Guilleaume Pichenoht, qui, à son admission comme moine du Mont St. Michel, donne à l'abbaye la terre de La Perelle (à Guernesey). La donation est confirmée par Guillaume, Duc de Normandie, fils de Robert, le jour de Noel 1054, dans la Cathédrale de Rouen en présence de Mauger, l'archevêque, Hugo, évêque d'Avranches, et autres. Les évêques, aux instances du Duc, frappent d'excommunication tous ceux qui enfreindront ce don.

1054, Déc. 25. **In nomine** Sc̄e & individue Trinitatis Patris & Filii & Sp̄s Sc̄i. Antecessorum nostrorum constitutis atque decretis vere compertum habemus ut quicunque Christi fidelium bonorum cupidus celestium quiddam suarum facultatum cuilibet loco sanctorum pro anime sue remedio donaverit :· exinde litterale testamentum nobilium personarum corroborationibus assignatum faciat quatinus ab omni contradictione vel calumpnia malorum ipsa donatio firma & intemerata atque integra futuris temporibus permaneat. Quapropter ego Guillmus Pichenoht cunctis Christianis tam presentibus quam futuris notum esse volo quod meorum pro magnitudine peccatorum perpetuas metuens inferni penas & celestis regni desiderio accensus pro salute anime mee & parentum meorum monachilem habitum in ecclia Sancti Michaelis de periculo maris accipio & pro animabus antecesorum meorum do Scō Michaeli & suis monachis Perrellam & omnia que

(1) Edouard le Confesseur, Roi d'Angleterre,

Perrelle appendent. Hanc donationem concessit Wiłłmus egregius comes Normannie Roberti comitis filius atque propria manu firmavit in die natalis Dñi ante altare Sc̃e Marie metropolitane Rotomagensis ecclesie videntibus & audientibus Maalgerio archiepiscopo Rotomagensi. Hugone epo Abrincatensi. Rogerio de Bello Monte. Rogerio de Montgulmerio. Ricardo vicecomite : & ex hominibus Sc̃i Michaelis Hilgerio de Ardevone & Thescelino fratre ejus. Raginaldo de Grandivilla. Radulfo de Sc̃o Joħe. Fecit etiam Wiłłmus comes a predictis episcopis ante altare Sc̃e Marie excumunicationem fieri super omnes illos qui molirentur hoc donum violare vel qui vellent monachis Sancti Michaelis aliquid de dono isto tollere vel facere molestiam rebus Sancti Michaeł pro isto dono.

Wiłłmi ✠ comitis. Anno ab incarnatione dñi m. l. iiii. indictione septima facta est hec donatio : Maalgerii ✠ archiepi. Hugonis ✠ epi Abrincatensis. ✠ Rogerii de bello monte. ✠ Rogerii de mont gulmerio. ✠ Ricardi vicecomitis. ✠ Hilgerii de ardevone. ✠ Thescelini fratris ejus. ✠ Raginaldi de grandivilla. ✠ Radulfi de Sc̃o Joħe.

[*Original aux Archives de la Manche*].

N° 117.

Notification qu'au temps de Bernard, abbé du Mont St Michel, Pierre, fils de Didier, fut fait moine et donna l'entier de son héritage (à Guernesey) à l'abbaye et ce du consentement d'Osanne des Isles, sa femme, et de leur fille Orenge. A cause de ce don les moines de St Michel concédèrent à la femme et à la fille de Pierre une acre et demie de terre à Guernesey où il demeurait, et trois vergées de terre, d'où il recueillait trois boisseaux de froment, et, tout auprès, une acre de terre ou un peu plus et un champ à Follaia. En outre la somme de cinq sols de Rouen fut donnée à Orenge.

1130–1140. **Notum** sit tam presentibus quam futuris in tempore domni Bernardi abbatis ecctie Sc̃i Michaelis de Monte Petrum filium Desiderie factum fuisse monachum in eadem ecctia dando ibidem omnem hereditatem suam. Et hoc fecit consensu Osanne uxoris sue de insulis & filie ipsorum Orenge nomine. Qui predictus Petrus cum predicta uxore & filia posuit donum hujus rei super altare Sancti

Michaelis per brachium Sancti Autberti. Et ob hoc ipse abbas & conventus monachorum conçesserunt jamdicti Petri uxori et filie in Guerneleio accram & dimidiam terre ubi domus Petri sita erat, tres virgas[1] terre unde reddebat tres bussellos frumenti, & juxta illam accram unam terre vel plus aliquantulum, et agram unam de Follaia. Et ob hoc dati sunt Orenge quinque solidi Rotomagensium. Ex parte monachorum testes fuerunt, Rualenth Calcebos[2] Gislebertus Daufin. Hugo cum testei.[2] Ex parte Orenge. Osmundus de Curia. Richardus fiũs Osanne.

[*Original aux Archives de la Manche*].

N° 118.

Notification que Renaud, fils Hugues, avait hypothéqué aux moines du Mont St. Michel pour 100 sols (monnaie du Mans) la terre qu'il possédait à Guernesey par droit héréditaire. Devenu très malade et à l'agonie, Renaud, pour l'amour de Dieu et le salut de son âme, avec le consentement de sa femme, concéda ladite terre aux moines à fin d'héritage. Sa fille Alise et son gendre Richard, mari d'une autre fille, pour et au nom de sa femme, donnent aussi leur consentement à cette transaction.

1130–1150. **Noverint** tam presentes quam futuri quoniam Rainaldus filius Ugonis terram quam jure hereditario in Gernerio possidebat monachis Sancti Michaelis de Monte invademoniaverit pro centum solidis cenomannensium tali videlicet pacto ut si vel ipse vel aliquis heredum suorum eosdem nummos redderet terram suam liberam & quietam haberet, sed cum non post tempus multum isdem Rainandus infirmaretur & ingravescente incommodo ad extrema duceretur pro Dei amore et anime sue redemptione eamdem terram consensu uxoris sue que presens aderat Deo et Sancto Michaeli sibique famulantibus monachis concessit et in perpectuum habendam contulit. Hujus donacionis presbiter qui tunc confessum eum faciebat testis fidelissimus permanet. Hoc quoque filia ejus aaeles[3] scilicet et Ri-

(1) Pour virgatas.

(2) Rualend Calcebos et Hugues "Testa" figurent comme témoins d'autres chartes entre 1128 et 1144. (Voir N° 118, et Round pp. 259, 264 *bis*, 266).

(3) Aeles = Alise.

chardus alterius filie ejus maritus pro uxore sua concesserunt. Prime donacionis quam quidem Rainaldus fecerat testes sunt hi, Johannes presbiter, Radulfus homo ejus de Donvilla et Rogerius, homo ejus. Concessionis vero quam postmodum filie ejusdem Rainaldi fecerunt testes sunt hi, Rivallo Calcebos, Hugo testa, Sangaulo, et multi alii.

[*Original aux Archives de la Manche*].

N° 119.

Vidimus en 1315 d'une charte de Henri II, adressée à toutes les autorités tant laïques qu'ecclésiastiques, confirmant à l'abbaye du Mont St Michel et aux moines toutes les donations de ses prédécesseurs, à savoir : celle du Comte Richard II, de la Comtesse Gunnor (mère de Richard II), du Comte Robert (fils de Richard II), de Guilleaume, Roi d'Angleterre (fils de Robert), et du Roi Henri (fils de Guilleaume). Le Roi confirme les donations qu'il leur avait faites en franche aumône, ainsi que les donations d'autres personnes, actuellement faites ou à venir.

1175–6. **Universis** presentes litteras inspecturis ballivi Gersoii et Guerneroii salutem in Domino. Noveritis nos vidisse et de verbo ad verbum diligenter inspexisse quasdam litteras non cancellatas non abolitas non rasas nec in aliqua parte sui viciatas formam que sequitur continentes. H. Dei grã rex Angł et dux Norm̃ et Aquit̃. et comes And. archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justic̃ vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis totius terre sue citra mare et ultra, salutem. Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse abbacie Montis Sancti Michaelis in periculo maris et monachis ibidem Deo servientibus omnes donationes quas eis rationabiliter fecerunt antecessores mei scilicet comes Ricardus secundus et Gunnor comitissa mater ejus et comes Robertus filius predicti Ricardi et Wiłłs Rex Anglie filius ejusdem Roberti et Rex H. filius ejus in terris et ecclesiis et decimis et redditibus et in omnibus aliis rebus presertim in hiis omnibus de quibus in presenti saisiti sunt sicut carte donatorum testantur. Concedo etiam predicte abbatie et monachis ejusdem *ecclesie* abbatie et hac carta mea confirmo quicquid ego ipse eis dedi in liberam et perpetuam elemosinam et omnia que eis ab

aliis rationabiliter data sunt vel data fuerint. Quare volo et firmiter precipio quod predicta abbatia et predicti monachi habeant et teneant omnia que ab antecessoribus meis prenominatis vel ab aliis eis rationabiliter data sunt et quicquid egomet eis dedi in elemosinam cum omnibus pertinenciis suis in bosco et plano in pratis et pasturis in aquis et molendinis in vivariis et piscariis in viis et semittis et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad illa pertinentibus bene et in pace libere et quiete plenarie integre et honorifice cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis sicut carte donatorum suorum testantur. T. Jocel Sar. Henr. Baioc. Regin. Bathon episcopis, Comite Hug Bigot, Comite Witto de Arund. Ric. de Hum. const. Witto de Hum. filio ejus, Witto Trussebut, Witto de Stut. Witto filio Johis, Johe Malherbe, Radulfo filio Stephani, apud Lutegareshele.(1) Quod vidimus hoc testamur. Actum et datum anno Domini millesimo trecentessimo quinto decimo, die veneris post festum Sancte Scolastice Virginis.(2)

[*Original aux Archives de la Manche, privé de ses sceaux*].

N° 120.

Lettre par laquelle Richard, abbé du Mont St Michel, baille à fin d'héritage à Pierre de la Hougue et à sa mère la terre de la Source, en la paroisse de Ste Marie du Castel, à Guernesey, à charge de payer à l'abbaye deux quartiers de froment de rente à la St Michel, et deux pains et deux chapons à Noël.

1239. **Universis** Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Ricardus miseratione divina abbas Montis Sancti Michaelis de periculo maris Salutem in Domino. Noverint omnes nos tradidisse et concessisse Petro de Hoga presbitero et matri sue terram nostram de Sursa sitam in parrochia Sancte Marie de Castro tenendam et possidendam jure hereditario de nobis in perpetuum feodum libere et quiete. Ita tamen quod predictus Petrus vel successores ipsius tenentur nobis reddere annuatim pro predicta terra duo quarteria frumenti ad mensuram orrei (3) nostri de Wale ad festum Sancti Michaelis in

(1) Ludgers hall, dans le comté de Wilts. (2) 13 Février 1315 (v.s.).
(3) *pour* horrei.

Septembri et ad Natale sequens annui redditus duos panes et duos capones. Quod ut ratum permaneat et stabile presentes litteras sigilli nostri munimine duximus roborandas. Datum anno Domini M. cc. xxx. nono in crastino beate Katherine virginis.[1]

[*Original aux Archives de la Manche, privé de son sceau*].

N° 121.

Lettre, datée du 24 Mai 1270, par laquelle Edouard (fils de Henri III), Seigneur des Iles, déclare que l'abbé du Mont St Michel ayant à sa requête affermé ses esperqueries dans les Iles à Arnaud de Contino,[2] marchand royal, cela ne portera pas atteinte aux droits de l'abbé, qui sera parfaitement libre, à la terminaison du contrat existant, d'affermer ses esperqueries à qui bon lui semblera.

1270. Mai 24. **Universis** tenorem presencium audituris Edwardus illustris regis Anglie primogenitus salutem. Cum ad instanciam nostram dilectus nobis Dominus N. abbas Monasterii de Monte Sancti Michaelis espercarias suas quascunque insularum dilecto nobis Amato de Contino mercatori nostro speciali ad firmam dimiserit, nolumus quod per dimissionem hujus modi dicto abbati aut suis successoribus prejudicium aliquod generetur quominus espercarias easdem completo termino inter abbatem et Amatum convento valeant alibi ad firmam dimictere seu de eisdem alias disponere modo debito et consuetuo pro sue libito voluntatis. In cujus rei testimonium has nostras litteras fieri fecimus patentes. Datum Londoñ. xxiiij. die Maii anno Regni Domini Regis patris nostri liiij.

[*Original aux Archives de la Manche, privé de son sceau*].

N° 122.

Lettre de l'official de Coutances constatant que Guilleaume Estur, de l'île de Guernesey, a pris à bail perpétuel des moines du Mont St Michel, la terre qui fut à Hamelin Estur de ladite île, à charge de payer au Prieur du Valle douze quartiers de froment de rente annuelle (grande mesure) à la St Michel et quatre pains et quatre

(1) 26 Novembre 1239.

(2) Arnaud Jean, citoyen de Bayonne, Gardien des Isles 1271—1275.

chapons à Noel ; ledit Guilleaume s'obligeant pour lui et ses hoirs, en cas du non-paiement des dites rentes, de transférer aux moines le champ appelé le Grand Clos, situé dans la paroisse de St.e Marie du Câtel.

1270. **Universis** h. visuris officialis Constanc. Salutem in dño. Noveritis quod in nostra presentia constitutus Guitt. Estur de insul Guernerf confitens se cepisse in feudum perpetuum a viris religiosis abbate et conventu montis Sci Michaelis in periculo maris totam illam terram que fuit Hamelini Estur dicti insuli cum omnibus pertinenciis pro duodecim quarteriis frumenti ad magnam mensuram, quatuor panibus, quatuor caponibus annui redditus priori de Valla qui pro tempore fuerit reddend. singulis annis ab eodem Guitto et ejus heredibus, dicto frumento videlicet ad festum Sci Mich. dictis que panibus et caponibus ad natale, spontaneus obligavit in contraplegium dictis religiosis clausum qui vocatur magnus clausus situm in parrochia beate Marie de Castro jungentem ex utroque latere ad terram aliam dicti Hamelini quam dictis religiosis dedit penitus et dimisit. Et voluit idem Guitt quod si dictum feudum dimiserit ipse vel ejus heredes quod dictus clausus pro dampnis deperdit. et interesse dictorum religiosorum eisdem eorumque monasterio pure et libere absque contradictione ipsius Guitt. vel ejus heredum seu impedimento aliquo remaneat in futurum ipsum clausum ad h obligans jusque et proprietatem dicti clausi eisdem religiosis eorumque monasterio specialiter transferendo super premissis omnibus et singulis observandis et de non veniendo contra ab eodem Guitto prestito juramento. Et renunciavit privilegio fori secularis et omni alii pena viginti librarum turon. ab eodem Guitto apposita et solvenda dictis religiosis ab ipso si contra premissa veniret ipse vel ejus heredes seu aliquid attemptaret et ea soluta obligatio dicti clausi in contraplegium nichilominus in suo robore perduraret et appropriaretur dictus clausus dictis religiosis et monasterio eorumdem et nos ipsum Guitlm ad h. omnia et singula dictis religiosis et eorum monasterio condempnamus ad que se obligavit et promisit idem Guitt. Actum anno dñi m°. cc°. lxx^mo. die martis post festum Sci Nicholai Hyemale[1] cum procuratore dictorum religiosorum.

[*Original aux Archives de la Manche*].

(1) 9 Décembre 1270.

N° 123.

Vidimus du 7 Août 1289 par Guilleaume de St. Remy, attourné d'Othon de Granson, Seigneur des Iles, et par les Jurés de l'Ile de Guernesey, d'une lettre d'Edouard I, adressée le 1er Juillet 1289 au Bailli de Guernesey, transmettant une pétition des moines du Mont St. Michel, se plaignant que, vu que les tenants de l'abbaye ainsi que les tenants du Roi sont tenus de venir à l'éperquerie de l'abbaye à Pleinmont payer une certaine coutume sur les congres pêchés par eux, dont le Roi perçoit la moitié, et attendu que tous lesdits tenants vont à la pêche de maquereaux au lieu de congres, et que le Roi a fait accord avec ses tenants de prendre pour la coutume 20 deniers tournois par chaque mille de maquereaux, les tenants des moines seraient obligés de leur payer pareille coutume.(1)

Le Roi mande au Bailli de rendre justice entre les parties.

1289. Universis hec visuris Magister Guill de Sancto Remigio attornatus domini Otonis de Grandisono domini Insularum ex mandato illustrissimi E. Dei gra Regis Angl specialiter litteratorie constitutus salutem in Domino. Noveritis nos die Dominica ante festum Sancti Laurentii Martiris mandatum Domini Regis non cancellatum non abolitum nec in aliqua sui parte viciatum in presentia juratorum Insule de Guener. recepisse in hec verba. Edwardus Dei gra rex Anglie dns Hybern. et dux Aquitan. ballivo suo insule de Guener. vel ejus locum tenenti salutem. Mittimus vobis quādam petitionem pro abbate et conventu Montis Sci Mich. in periculo maris et priore suo de Vall. presentibus interclusam mandantes quod inspecta petitione ipsa et examinato diligenter negocio hujus rei ac vocatis qui fuerint evocandi tam debitum et festinum partibus faciatis justicie complementum quod querimoniam super hec pro defectu vestri alias minime audiamus. Datum apud Metulum(2) Pictāv. dyocesis primo die Julii anno regni nostri decimo septimo.

Sequitur copia petitionis.

Ex parte abbatis et conventus Montis Sancti Michaelis in periculo maris et eorundem prioris de Wall. extitit nobis supplicatum quod cum homines ipsorum de Guener. una cum hominibus Domini Regis ejusdem Insule teneantur venire ad esperqueriam dictorum

(1) Cette coutume payée par les tenants du Valle s'élevait en l'année 1306 à 4 livres "debilis moneta".

(2) Melle (Deux Sèvres).

religiosorum videlicet de Plano Monte[1] cum congris captis in mari certo tempore super quibus dicti religiosi habent certam firmam prout Dominus Rex habet alibi in eadem insula cum hominibus suis in qua firma dictorum religiosorum Dominus Rex percipit et habet medietatem ejusdem et dicti homines dictorum religiosorum de novo eant ad aliam piscaturam videlicet megarum cum hominibus dicti Domini Regis et cum Dominus Rex de novo pacificaverit cum hominibus suis videlicet quod habet pro quolibet milleari megarum viginti denar. turon. allocati Domini Regis in predicta insula ab hominibus dictorum abbatis et conventus sicuti a Domini Regis hominibus predictos viginti denar exigunt et nittuntur levare preter ipsorum abbatis et conventus et eorum prioris de Watt. voluntatem ac in eorum et sui monasterii prejudicium et gravamen ipsos impedient. indebite super perceptione debiti sui juris unde petunt ut mandetur ballivo de Guenerey vel ejus locum tenenti quod suum jus super hiis servetur illesum et quod si est ita dicti allocati Domini Regis ab exactione et impedimento hujusmodi cessent penitus et desistant quodque p suos homines predicte insule ad usum aliorum eisdem solvendo jura debita teneantur. Et quod de eorum juribus dicti allocati habuerint dictis abbati et conventui et eorum priori de Watt reddatur : et quod homines dictorum religiosorum compellantur solvere eisdem dictos viginti denarios pro quolibet milleari megarum si maluerint ire ad piscaturam megarum quam ad aliam quam fieri consueverūt ab antiquo. Et quod super predictis dictis religiosis fiat justicie complementum. Quod omnibus quorum interest significamus presentes litteras sigillo nostro una cum sigillis Juratorum dicte insule de Guener sigillatas qui preseñ fuerunt dicta die. Datum anno Domini M° cc° octog° nono.

[*Archives de la Manche. Copie du 13e siècle*].

N° 124.

Lettre de l'official de Coutances enregistrant un contrat de louage de service et de delaissance, par lequel Gilbert de Poliers,[2] de l'île de Guernesey, entre au service du Prieur du Valle et transfère et cède aux moines de St Michel tous ses biens meubles présents et

(1) Pleinmont.

(2) Les noms de Gilbert de Pouliers et Dame Eleire de Pouliers se trouvent dans un mémoire d'arrérages de rentes etc. dûs au Prieuré du Valle (1306).

futurs, ainsi que 10 quartiers de froment de rente annuelle (mesure du Valle), à condition que ses aliments lui soient fournis audit Prieuré et que quatre livres tournois lui soient payées annuellement pour ses habillements. Réserve est faite de 20 livres tournois desdits biens meubles dont il aura le droit de disposer par testament à sa mort. Il est stipulé cependant que si les moines désirent dispenser de ses services, il recevra chaque année à la St. Michel sa vie durant la somme de dix livres tournois, mais les moines retiendront ses meubles et héritages, sujet toujours à la condition qu'il peut tester de 20 livres tournois.

1286, 7 Nov. **Universis** ħ visuris officialis Constantiensis salutem in Domino. Notum facimus quod in jure coram nobis presens Gislebertus de Poliers de insula Gernerroii confessus est quod ipse se et omnia bona sua mobilia presentia et futura contulit viris religiosis abbati et conventui monasterii Montis Sancti Michaelis in periculo maris dictoque monasterio necnon decem quarteria frumenti annui redditus ad mensurā Wallie que dictis religiosis tenetur in eorum feodo dicti loci sufficienter assignare ita quod victum suum habebit in eorum prioratu de Vallia competent̃ et quatuor lib̃. turoñ. a priore loci ejusdem qui pro tempore fuerit ad festum Sancti Michaelis in Septembri anno quolibet pro vestitu dictisque religiosis et suo priori de Wallia serviet bene et fideliter in eorum servitio et in suis agendis licitis et honestis claves ejusdem prioris deferendo eundoque non pedes tamen ad sua negocia et ea fideliter et utiliter gerendo prout idem prior sibi preceperit voluerit et viderit expedire sive efficio garcionis et habebit viginti lib̃ tur̃ de dictis bonis mobilibus ad suum testamentum seu voluntatem suam faciend̃ in extremis dictisque religiosis residuum dictorum bonorum mobilium et quicquid acquisivit in immobilibus post Nativitatem Sancti Johannis Baptiste ultimo preteritam et acquiret de cetero tam in bonis mobilibus quam immobilibus quorum tamen bonorum omnium administrationem habebit liberam quandiu vixerit sine contradictione et impedimento alicujus post ejus decessum pacifice remanebit. Ita tamen quod si dictis religiosis seu eorum priori predicto non placeret eundem Guislebertum in eodem prioratu esse vel manere cum eodem priore et ei servire ipse per manum dicti prioris pro omnibus perciperet singulis annis quamdiu viveret decem lib̃. tur̃. ad festum Sancti Mich̃. in septembri rata manente nichilo-

minus predicta collatione suorum bonorum omnium mobilium et decem quarteriorum frumenri predictorum et omnium bonorum mobilium et immobilium ab eodem acquirendorum de cetero quoquo modo exceptis viginti lib. supradictis ab eodem retentis ad suam voluntatem seu testamentum faciend in extremis nec aliquid de bonis predictis acquisitis et habitis acquirendis et habendis in fraudem dictorum religiosorum dabit distrahet nec aliquatenus alienabit se cum suis bonis mobilibus et immobilibus presentibus et futuris dictis religiosis ad hee specialiter obligando renuncians super h exceptioni doli mali deceptionis ultra medietatem justi precii et omni alii juris et facti canonici et civilis. De premissis omnibus et singulis dictis religiosis et suo priori predicto ac successoribus suis fideliter tenendis et adimplendis et de non veniendo contra premissa vel eorum alterum de cetero ullo modo ab eodem Guisleberto spontaneo corporaliter prestito sacramento. Et nos ipsum Guislebertum presentem volentem et consentientem ad hec omnia et singula tenenda et adimplenda dictis religiosis nomine suo et sui monasterii condempnamus. Actum cum Hamelino de Fenillo cavente de rato pro dictis religiosis ad penam unius marche argenti anno domini millo ducentesimo octogesimo sexto die jovis post festum Sanctorum omnium.

(*Sur le pli*, medicus xij.)

[*Archives de la Manche. Revêtu d'un sceau brisé sur lequel se lit encore S. CURIE.*]

No. 125.

Quatre suppliques au Roi Edouard II, et à son Conseil.

I. Alain Le Prevost se plaint que Renaut Pastey, Prieur du Valle, et Pierre Pastey[1] ont brisé sa maison et qu'à cette occasion il reçut plusieurs blessures.

II. Alain Le Prevost et Jean Forlot,[2] au nom des habitants des paroisses du Valle, du Câtel, de St. Sauveur, de St. Pierre-du-Bois et de Ste. Marie de Torteval, à Guernesey, demandent :

(a) qu'un certain jugement rendu par les Justiciers itinérants, par lequel lesdits habitants devraient laisser les

(1) Probablement Frère Pierre dit Pasté, plus tard Prieur de St. Clément. (Voir No 71. p. 127).

(2) Voir No. 105, p. 172.

dîmes dans les champs et n'étaient pas tenus de les charrier, soit respecté par l'abbé du Mont St. Michel et le Prieur du Valle : et

(b) que l'Abbé et le Prieur leur permettent d'aller en procession autour du monastère de St. Michel du Valle comme leurs ancêtres étaient accoutumés de faire. (1)

III. Les mêmes se plaignent que l'abbé avait exercé vers eux de mauvaises coutumes et que les Justiciers leur avaient adjugé xii livres tournois pour dommages que l'abbé n'avait pas payées.

IV. Les mêmes prient, au nom desdits habitants, l'exécution du jugement rendu par les Justiciers contre l'abbé et le Prieur, qui avaient établi plusieurs mauvaises coutumes à l'égard de racines de panais, d'ail, d'oignons et de poireaux. (voir No. 102).

Suivent les brefs du Roi émanés par suite de ces pétitions adressés à Othon de Granson, Gardien, et datés du 23 Juillet 1324.

1324.

I. A nostre Seigñ' le Roy et a son consel monstre Alayn Le Prevost ke Renaut Pastey priour de Seint Mich du Valle ore moingne a labbey du Mont Seint Mich et que Pierres Pastey ovek ses autres serjains commanda et envoia la nuyt Seinte Croys de brisier la messon Alayn Le Prevost a cry et a harou nuytiantre et le dit Alayn nattierent o armes esmoulues diverses playes ovekes autres grans damages qlz firent par le commandement dudit Renaut Pastey, par quoy ledit Alayn prie et requert bref alant a Sire Ottes de Gransson ou a son luytenant que hastyf droit ly soit fayt selong lay et coustume des ysles. Et pour ce que les dis moingnes ne puent respondre sans labbey commandez ke labbey sait semons ovekes les moingnes et que lay sait fayte.

II. A nostre Sir' le Roy et a son consel prient Alayn le Prevost et Johan Forlot que il nous face tenir en pays de ce que nous gaingnasmez en lasise pour nous et pour plusours autres de v. eglises cest a savoir de Seint Mich. du Valle, de Nostre Dame du Chastel, de Seint

(1) Au sujet de la Chevauchée de St. Michel consultez la notice contribuée par Mlle. E. F. Carey dans le 8e vol. des Bulletins de la Société Jersiaise (p. 246 *et seq.*) Il semblerait par cette pétition qu'il y avait à l'origine deux processions, la Chevauchée de la Cour St. Michel pour l'inspection des voies publiques, qui avait lieu tous les trois ans, et une autre, probablement annuelle, que les tenants faisaient autour du monastère. C'est cette dernière que les autorités ecclésiastiques avaient supprimée, pour le motif, peut-être, qu'elle fut considérée comme idolâtre.

Sauveour, de Seint Pierres du Boys, de Seint Marie de Torteval, devant Sir? Henr? Spygournel et ses compaygnons justices notre Seigñ le Roy dengleterre erranz es jsles de Guernerye, Gersuy et autres apartenantes, envers labey du Mont Seint Mich. et le priour du Vale, cest assavoir que il doit lessier la dysme ou champ et que il ne doyvent poynt aleir a kerier un service que ex apelent proyaire[1] et que il nous face delivrer que il puissent aleir a procession entour le monstier de Seint Mich du Vale ausy que ex et lours ancestres ont fay avant ces houres et sy prient avoir bref a Sir? Ottes de Gransson ou a son lytenant que ex soient tenuz en pays de ces choses eissy comme ex gaygnierent par le serement de xij. hommes en la deraynne assise quy passa a Guerner?. et prient que lay et coustume lour soit fayte.

III. A nostre Sir? le Roy et a son consel monstrent Alayn le Prevost et Johan Forlot que labbey du Mont Seint Mich chait vers ex en lassise derainne passeie a Guernerre de males coustumes en quoy il nous avoit tenuz luy et ses predecessours devant Sire Henry Spigournel et ses compaygons et lour fut gagie xij. livres de tornoiz pour lour damages et se ledit abbey disoit que ce ne fust vritey ledit Alayn et ledit Johan se creent ou record de lenqueste et requerent avoir un bref que ex peussent avoir lour argent qui lour fut gagie en lassise derainne dudit abbey et requerrent que lay et coustume lour soit fayte.

IV. A nostre Sir? le Roy et a son consel monstrent Alayn Leprevost et Johan Forlot que il passa une enqueste pour ex et pour plusours autres parochiens de cync paroisses de Guerneir. cest asavoir de Seint Mich du Wale, de Nostre Dame du Chastel, de Seint Sauveour, de Seint Pierre du Boys et de Seinte Marie de Torteval contre labbey du Mont Seint Mich. et le priour du Walle pour plusours males coustumes que ex avoient aleveiez sus les dis parochiens cest a dire de rachines de panees, dayl et de ongnons et porrez et en passa lenqueste devant Sir? Henr? Spigournel et ses compaygnons derainement justices es isles de Guernerr?. par la quele enqueste ex gaignierent, si prient avoir bref que les parochiens desus dis soient tenuz en paisible possession de ce que ex gaignierent par enqueste devant les ditz justices en la presence de labey et prient que lay et coustume lour soit faite.

(1) Kerier = charrier. Proyaire, proyere ou priere (Latin : *precaria*) = services en nature dus par les vassaux à leur seigneur; corvées de fauchage, de vendange, de moisson etc. que le vassal doit faire toutes les fois qu'il en est prié ; d'où son nom de priere ou proyaire,

BREFS DU ROI.

A. **Edwardus** Dei grā Rex Angł. dominus Hiberñ et dux Aquit dilecto et fideli suo Ottoni de Grandissono custodi insular de Guernerye, Gersye, Serk et Aurenuy vel ejus locum tenenti in insulis predictis salutem. Petitionem Alani le Prevost coram nobis exhibitam vobis mittimus presentibus interclusam mandantes quod visa petitione predicta et plenius intellecta eidem Alano super hoc fieri faciatis debitum et festinum justicie complementum prout de jure et secundum foros et consuetudines insularum predictarum fore videritis faciendum. T. me ipso apud Porcestre vicesimo tercio die Julii anno regni nostri decimo octavo.

B. [*Ce bref a déjà été imprimé. Voir N° 105*].

C. **Edwardus** Dei grā Rex Angł dominus Hiberñ. et dux Aquit dilecto et fideli suo Ottoni de Grandissono custodi insularum de Guernerye Gersye Serk et Aurenuy vel ejus locum tenenti in insulis predictis salutem. Mittimus vobis quamdam petitionem Alain le Prevost et Johannis Forlot coram nobis exhibitam presentibus interclusam de quibusdam malis custumis per abbatem Montis Sancti Michaelis et predecessores suos quondam abbates ejusdem loci super predictos Alanum et Johannem levatis et perceptis unde idem abbas coram dilectis et fidelibus nostris Henrico Spigurnel et sociis suis nuper justiciariis nostris itinerantibus ad assisias in insulis predictis extitit convictus ut dicitur: mandantes quod habita in premissis informatione pleniori inspectaque petitione predicta et plenius intellecta eisdem Alano et Johanni super hoc fieri faciatis debitum et festinum justitie complementum juxta processum inde factum et secundum foros et consuetudines insularum predictarum. T. me ipso apud Porcestr. vicesimo tercio die Julii anno regni nostri decimo octavo.

D. **Edwardus** Dei grā Rex Angł. dñs Hiberñ. et dux Aquit. dilecto et fideli suo Ottoni de Grandissono custodi Insularū de Guernerye, Gersuye, Serk et Aurenuy vel ejus locum tenenti in insulis predictis salutem. Mittimus vobis quandam petitionem Alani Le Prevost et John Forlot coram nobis exhibitam presentibus interclusam de quibusdam malis custumis per abbatem Montis Sancti Michaelis et fratrem Reginaldum Pastey quondam priorem de Vale iam commonachum ipsius abbatis super predictos Alanum et Johēm levatis et

perceptis unde iidem abbas et predictus Reginaldus coram dilectis et fidelibus nostris Henrico Spigurnel et sociis suis justic. nostris itinerantibus ad assisias in insulis predictis extiterunt convicti ut dicitur: mandantes quod habita in premissis informatione pleniori et inspecta petitione predicta et plenius intellecta eisdem Alano et Johanni super hoc fieri faciatis debitum et festinum justicie complementum juxta processum inde factum et secundum foros et consuetudines insularum predictarum. T. me ipso apud Porcestr. vicesimo tercio die Julii anno regni nostri decimo octavo.

[*Original aux Archives de la Manche*].

N° 126.

L'abbé et le chapitre du Mont St Michel consentent à remettre le jugement du procès entre le Prieur du Valle et les paroissiens du Valle à l'égard des dîmes des panais aux frères Guillaume Lefevre et Jourdain Poingdestre, avec Sire Simon de St Martin,(1) Recteur de St Sauveur, Guernesey, comme tiers arbitre.

1331. **Universis** ñ visuris frater Johannes divina permissione abbas humilis monasterii Montis Sancti Michaelis in periculo maris totus que ejusdem loci conventus salutem. Notum facimus quod cum contentio moveretur seu moveri speraretur inter nos et priorem prioratus nostri de Vallia in insula de Guernereyo ex una parte et commune gencium seu parrochianorum parrochie Sancti Michaelis de Vallia ex altera racione et occasione decimarum pasneyorum crescencium in parrochia supradicta et super dicta contencione nos aut alius seu alii nomine nostro et pro nobis ex una parte et dictum commune gencium seu parrochiam aut alius seu alii nomine eorumdem et pro ipsis compromisissemus in dictum et ordinacionem religiosorum virorum fratrum Guilli Leffeivre et Jord Poingdestre commonachorum nostrorum et in casu discordie viri venerabilis et discreti donni Symonis de Sancto Martino rectoris ecclesie Sancti Salvatoris in insula supradicta dictique fratres Guills et Jord. onus dicti compromissi in se susceperint dicentes quod intencio eorum erat ut super ñ. cognos-

(1) Au sujet de Simon de St Martin consultez Bulletins de la Société Jersiaise, vol. ix, pages 58 et 59.

cerent et ordinarent bene et fideliter prout possent. Nos assensu unanimi ratum et gratum habemus quicquid iidem fratres Guill. et Jord. fecerint in premissis promitt sub ypotheca rerum dicti prioratus nostri nos ratum et gratum habitur. quicquid dicti compromissar. seu eorum major pars fecerint dixerint et ordinaverint in premissis et quolibet premissorum. In cujus rei testim. sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno dni m° ccc^mo xxx^mo i° die Veneris post translacionem Sancti Martini.

[*Original aux Archives de la Manche*].

N° 127.

Lettre du Vicomte d'Avranches constatant que les frères Guillaume et Jourdan, arbitres mentionnés dans le N° 126, ayant comparu devant lui, avaient accepté l'arbitrage et avaient déclaré leur désir de bien et loyalement rendre leur sentence.

1331. **A touz ceus** qui ces tres verront ou orront le Visconte dAvrenches saluz. Comme contenz fust meu ou en esperance de mouveir entre le commun des genz de la parroisse de Saint Mich. du Vale en lille de Guenerre eu dyocese de Constances eu Reaume de Engleterre, dune partie, et religious hommes et honestes labbe et le convent du Mont Saint Mich. en peril de la mer eu dyocese dAvrenches eu Reaume de France, dautre part, a cause et pour cause de la deisme des pasneyes estante en la dite parroisse et en la dite ille, duqueil contens les dites parties sesteyent descenduz et compromis en dit et en lordenance de religious homme frere Guill. le Feivre et frere Jourden Poingdestre jadis priours de Saint Michiel du Valle desus dit et eu cas ou il areit descort entreus en dit et en lordenance de dan Symon de Saint Martin personne de Saint Sauvoer de ladite ille si comme len nous a donné entendre. Sachent touz que en lan de grace mil ccc trente et un le dymeanche empres la nativite de Saint Jehan [1] pardevant nous Visconte dessusdit furent presenz les diz frere Guill. et frere Jourden dessusdiz qui distrent et confesserent par devant nous que eus se chargeorient du dit compromis et esteit bien lour volonte deus entremeitre et den ordoner bien et leaument a

(1) 30 Juin.

lours escienz et cen nous certefions a touz par ces tres seellees du seel nostre S. le Rey de France deu queil len use en la dicte visconté. Donne lan et le jour dessus diz.

[*Original aux Archives de la Manche*].

No 128.

Lettre de Raoul de Hermesthorp (Lieutenant de Thomas de Ferriers, Gardien des Iles). Il déclare qu'il est venu à sa connaissance que le Prieur de Lihou, à Guernesey, reçoit du Prieur du Valle xv livres tournois par an pour son maintien, somme insuffisante à son avis au temps actuel.

Le lieutenant donne des instructions pour que personne n'empêche le Prieur de Lihou d'être servi de ce qu'il doit avoir, sous prétexte que le Prieur du Valle tient la prieuré de Lihou.

1347, Nov. 30. **A tous ceux** qui presentes tres verront ou orront Rauf de Hermesthorp luyetenant des ysles saluz en Dieu. Comme einsi soit que je ae entendu que le priour de Lyhou en lysle de Guernerre aet acoustumey a prendre et rechevoir par la main dou priour dou Vale en la dite ysle xv. ti. tournez par an pour aydier a soustenir son vivre lequeil mest avis que est trop petit ou temps qui est et a estey. Sachent tous que oncques ne destourbe ne viel destourbeir que ledit priour de Lyhou ne soit servy de tout ceu que il doit avoir par raysson q̃r le dit priour dou Vale tient la priourtey oveques la charge anchienne. En tesmong de ceu je ae mis a ces tres mon propre seel ou jour de Vendredy en la feste Saint Andrie en lan de grace mil ccc xlvij.

[*Original aux Archives de la Manche*].

No 129.

Lettre de l'Abbé et du Chapitre du Mont St Michel nommant Denis le Marchant,(1) clerc, Sénéchal de leur domaine du Valle, à Guernesey.

(1) Denis le Marchant, qui avait été procureur de l'Abbé en 1364 (voir No 13, pages 24, 25), était fils de John le Marchant, Bailli de Guernesey. Il épousa Jeanne de Cheney, fille cadette de Guillaume de Cheney, chevalier, et sœur d'Eléonore de Cheney, femme de Geoffrey Walsh, grand'mère de Geoffrey Walsh, Seigneur de Handois, tué à la bataille de Barnet.

1365, Juin 20. **Sachent tous** que nous Abbe e convent du Mont Saint Mich̄ ou peril de la mer ou diocese dAvrenches ensemble e de commun assentement confians de la diligence e leautey de Denis le Marchant clerc le avons ordene e establi ordenons e establissons nostre Seneschal par la tenour de ces presentes de nostre terre du Valle en lisle de Guernesie a tenir e excercer en la maniere e aus emolumens acoustumes a tant de temps comment il nous plaira en luy donnant pouer e mandement especial de excercer et faire excercer en la dicte senescalchie toute la juridition a nous appartenante de requerre et retraire de la court nostre Sire le Roy dEngleterre et daillours nos hommes e subjes e lours causes e de les ramener a nostre court de faire e establir lieutenant pour luy toutes foiz que il luy plaira e que mestier en aira e toutes autres choses que seneschal deument establi peut e doit faire. E revocons par la tenour de ces lettres tous autres seneschaus establis ou ordenes par nos predecessours avant le jour duy. En tesmoing de la queille chose nous avons fait metre a ces presentes nostre grant seel. Donne en nostre chapitre le vintesme jour du mois de Juin lan de grace m. ccc. lxv.

[*Archives de la Manche. Extrait du Formulaire de l'abbaye du Mont St. Michel, XIVe. siècle, fol. 1. verso*].

No. 130.

L'accord intervenu le 22 Avril 1253 entre Richard, abbé du Mont St. Michel, et William de Cheney, Chevalier, par lequel celui-ci cède audit abbé la garde de toute la terre dans l'île de Guernesey qui fut à Robert de Ver, jusqu'à la majorité des fils et héritiers dudit Robert, pour le paiement annuel de 25 livres sterling, qui sera fait à Londres. En cas de défaut de paiement William de Cheney aura le droit de faire arrêt pour les arrérages sur les biens de l'abbé à son fief d'Otriton (Ottertou) par le Vicomte du Comté de Devon.

Note Explicative.

Le Fief au Comte formait partie à l'origine du fief d'Anquetil, Vicomte du Bessin, donné vers 1030 par Robert, Duc de Normandie, à l'Abbaye du Mont St. Michel (voir No. 114). Vers 1042 le Duc Guillaume restitua à Ranulph, fils d'Anquetil, Vicomte du Bessin, les terres que son père possédait à Guernesey, et donna par voie d'échange à l'Abbaye les îles d'Aurigny et de Serk. (No. 115). En vertu de chartes, qui

ne sont pas parvenues jusqu'à nous, l'Abbaye est venue en possession d'une moitié du fief Guernesiais. L'autre moitié resta dans la possession des Vicomtes du Bessin, qui devinrent Comtes de Chester en 1121. C'est de ces derniers que le fief dérive son appellation, "Fief au Comte". (No 11). Au milieu du 12e siècle le fief appartenait à la famille de Wac ou Wake, Seigneurs de Négreville dans le Cotentin et de Bourne (Lincoln), qui le posséda pendant plusieurs générations. Le 3 Fév. 1239—40 Hugues Wake le céda à Baudouin de Ver à tenir de lui comme demi-fief de chevalier et par le paiement annuel de six livres. (Lincolnshire Fines and Concords, I. p. 310). A la mort de Robert de Ver (fils de Baudouin), la garde de son fils mineur et du fief au Comte semble avoir été confiée à Hugues le Bigod, auquel Henri III avait confié la garde des terres et de l'héritier de Hugues Wake.(1) Bigod a dû bailler le fief à Guillaume de Cheney pendant la minorité de Baudouin de Ver, et, par l'accord du 22 Avril 1253, de Cheney céda ses intérêts audit fief à l'abbaye. Lorsqu'en 1257 Baudouin de Ver eut atteint sa majorité, il bailla le fief à Guillaume du Vivier et à son fils Robert pour le terme de 10 ans. (Ch. Island Deeds at Warwick Castle No 1136); mais en 1262 il vendit le fief à Guillaume de Cheney, se réservant un paiement annuel d'une paire d'éperons. L'abbé du Mont St Michel réclama alors le fief en vertu de la concession de la charte du Duc Robert. (No 114). Il en résulta un procès, qui dura jusqu'à 1289. (voir Nos 98 à 101 et Nos 131 à 137).

Guillaume de Cheney appartenait à une ancienne famille anglo-Normande, qui possédait des terres dans les comtés d'Essex et de Norfolk peu après la conquête, Son père était Guillaume de Cheney, fils Gaultier. (C. I. Deeds, Warwick Castle, No 1125). Le jeune Guillaume de Cheney accompagna en 1235 son parent Philippe d'Aubigny (Gardien des îles en 1232) en terre sainte. (Cal. Pat. Rolls. pp. 106 et 107). D'Aubigny y mourut et fut inhumé dans l'église du Saint-Sépulcre à Jérusalem. Les relations de Guillaume de Cheney avec les Iles commencèrent peu après son retour de la Terre Sainte, lorsque Gilbert de Greinville lui concéda toutes ses terres à Jersey provenant du don de son frère Eustache de Greinville. Le don fut confirmé par Henri III le 10 Juin 1239. (Charter Rolls. vol. I. p. 244). En 1242 Guillaume de Cheney accompagna le Roi en Gascogne. Son nom paraît assez fréquemment comme témoin aux chartes signées à Bordeaux pendant le séjour du Roi dans cette ville (Janvier à Mars 1243; voir Cal. Pat. Rolls. vol. III. pp. 313, 317, 359, 364, 369). Il paraît avoir été bien venu auprès du Roi, qui lui prodigua des concessions de terres en Angleterre et dans les Iles de la Manche. Le 30 Septre 1242 il reçut les terres de Guillaume Comondas situées à Jersey (Cal. Pat. Rolls. vol. III. p. 328), et le 27 Mai 1244, pour le terme de sa vie, les terres de Guillaume Pinel dans la même île. (Ibid: p. 424). Le 16 Janvr 1245 il reçut la garde des terres et châteaux en Irlande appartenant au Comte de Pembroke, qu'il tenait jusqu'au 8 Sept. 1246. Le 15 Mai 1248 il reçut les terres de Guillaume le Keu à Morden (Steeple-Morden), comté de Cambridge, ainsi que les terres que celui-ci tenait à Coddran (Coudrey), comté de Herts, et celles de Sampson d'Anneville à Guernesey. (Ibid; pp. 469, 488). Plus tard, le 7 Fév. 1253, il reçut pour lui et ses héritiers les terres à Jersey de Guillaume Pinel, "until England and Normandy be one". (Charter Rolls. vol. i. pp. 331, 419). En outre, il tenait les fiefs de Pointington (comté de Somerset) et de Rouerigge (Comté de Devon).

Sa femme, Felicia, était la fille de Pierre de Vinacarnis. Leur fils aîné, Guillaume, mourut peu de temps après son père, et ses héritages dévolurent à son frère

(1) Lettres Closes, p. 15. Oct. 20, 1250: où il est affirmé que Robert de Ver tenait ses terres à Jersey ? (lisez Guernesey) de Hugues le Bigod, et non du Roi.

Nicolas, alors mineur. Ce Nicolas, devenu chevalier, fut Gardien des Iles pendant un court espace de temps en 1294 et encore de 1297 à 1298. Son fils, Messire Guillaume de Cheney, fut Gardien des Iles en 1331 et encore en 1343, et à son tour son fils, Messire Edmond de Cheney, devint Gardien de 1358 à 1366.

La famille de Cheney possédait ces terres à Guernesey jusqu'au milieu du 15e siècle, lorsque par le mariage d'Anne, fille et héritière de Messire Edmond de Cheney, avec John Willoughby, elles passèrent à cette dernière famille. Leur petit-fils, Robert Willoughby, le deuxième Lord Broke, les vendit en 1509 à Nicholas Faschion.

1253, Avril 22. **Cyrographum Hec** est convencio facta inter dominum virum relig. et honestum Ric divina permissione abbatem Montis Sancti Michaelis de periculo maris ex una parte et dominum Willm de Chayne militem ex altera die Martis proxima post Pascha anno Dni millesimo ducentesimo quinquagesimo tercio regnante in Anglia venerabile et excellentissimo Rege Henrico filio Johannis Regis anno regni ejus xxxvij° videlicet quod idem dominus Wills dimisit et concessit dicto domino abbati custodiam tocius terre quam Robertus de Ver tenuit in jnsula de Guernerr. cum omnibus suis pertinenc. usque ad plenariam etatem filiorum et heredum dicti Roberti de Veer reddendo inde annuatim eidem Willo sive assignatis suis viginti et quinque libras sterlingorum apud London. in novo templo infra octabas Sci Michaelis in Septembri. Et si forte jdem dominus abbas in solucione predicta terminum non servaverit, concessit quod in manerio suo de Otryton per vicecom. Exonien. distringatur ad arreragia reddenda et etiam dampna si que idem Wills sive assignati sui pro defectu solucionis sustinuerint. Et idem Wills tenetur dicto abbati predictam custodiam cum suis pertinenc. usque ad dictum terminum warantizare prout dominus Hugo le Bygot warantizare debet eam eidem Willo sicut in cyrographo dicti Hugonis continetur quod idem Wills tradidit dicto abbati. Et ad securitatem et confirmationem hujus rei alteras pars huic scripto in modum cyrographi facto sigillum suum apposuit. Datum anno et die supradictis.

[*Archives de la Manche. Revêtu du sceau*].

N° 131.

Mémoire sur le fief au Comte à Guernesey, exposant les prétentions de l'abbaye du Mont St Michel.

1. L'abbaye avait retenu ses droits de mélage, en signe de sa seigneurie.
2. L'abbé possédait la quarte partie des varechs, mais Baudouin de Ver, qui tenait le fief du Roi, quoiqu'il devait le tenir de l'abbaye, en le vendant, retint une part.
3. Le fief appartient à la fondation de l'abbaye par chartes.

L'abbaye désire savoir si elle peut jouir paisiblement de ses droits sur ce fief qui valent environ 140 livres tournois. (1)

14e siècle. **Quando** abbas Montis Suppo nomine dedit terram que vocatur terra Comitis de Insula Guenerroii retinuit ibi in signum Domini melagium quod ibi abbas et conventus Montis Sancti Michaelis eorumque prior de Wallia percipiunt. Habent etiam ibi quartam partem weresci sed Baldoinus de Ver qui illam terram a domino Rege tenebat licet eam tenere deberet ab abbate dictam terram vendidit et in ipsa retinuit unum par calcarium et est dicta terra de abbacie fundamento et per cartas unde scire vellent si possent quantum placeret domino Regi habere ab ipsis si in dicto placito obtinerent videlicet pro dicta terra que valet septies viginti lib. tur. vel circa pacifice habenda et tenenda.

[*Archives de la Manche*].

N° 132.

Lettre du Prince Edouard, Seigneur des Iles, qui ordonne aux Baillis des Iles d'être obéissants à Sires Raoul d'Aubigny et Guillaume de Saumareis Justiciers dans la cause entre l'abbé du Mont St Michel et Guillaume de Cheney, Chevalier, à l'égard de la terre que ledit Guillaume de Cheney avait achetée de Baudouin de Ver.

1262–3, 24 Mars **Edwardus** illustris Regis Anglie primogenitus Ballivis insular. qui pro tempore fuerint salutem. Cum constituerimus dilectos et fideles nostros dominos Radulfum de Albiniaco et Willm de Saumareis judices in loquela que est inter religiosos viros abbatem et conventum Montis Sancti Michaelis de periculo maris ex una parte

(1) La réclamation de l'Abbaye semble être sans fondement, vu qu'elle avait reçu les îles de Serk et d'Aurigny en échange de ce fief. (Charte No 115). L'abbé Suppon fut destitué en 1048, d'autant qu'il avait vendu des terres appartenant à l'Abbaye sans le consentement des moines. (Voir N° 149).

et dilectum fidelem nostrum Witt de Chayne militem ex altera super terra quam dictus Witts emit a Baldewino de Ver in insula nostra de Guernerr. vobis mandamus quatinus dictis Rad et Witto in hiis que dictum negocium tangent sitis obedientes ita ne pro defectu vestri jus possit in aliquo retardari. In cujus rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Datum Lundoñ. xxiiij. die Marcii anno regni regis patris nostri xl° vij°.

[*Archives de la Manche*].

N° 133.

Lettre du Prince Edouard, Seigneur des Iles, à Sires Raoul d'Aubigny et Guillaume de Saumareis les constituant avec le Bailli des Iles juges du procès entre l'abbé du Mont St Michel et Guillaume de Cheney, Chevalier. Le Prince leur mande de procéder dans la cause sans délai. (Voir N° 98).

1265, Nov. 23. **Edwardus** illustris Regis Anglie primogenitus dilectis et fidelibus suis dominis Rad. de Albinnaco et Witt. de Saumar. salutem et dilectionem. Sciatis quod constituimus vos una cum ballivo nostro jnsularum ad peraudiendum et terminand causam que vertitur inter abbatem de Monte Sancti Michaelis in periculo maris ex parte una et dominum Wittm de Chenny militem ex altera. Quare vobis mandamus quatinus dictam causam secundum leges et consuetudines parcium illarum fine debito terminetis et ad eandem peraudiendam intendatis, et si neccesse fuerit requisito consilio venerabilis patris domini Constantinensis episcopi hec predicta faciatis. Datum apud Clerekenewett xxiij. die Novembris anno regni domini Regis patris nostri quinquagessimo.

[*Archives de la Manche*].

N° 134.

Accord entre l'abbé du Mont St Michel et Hugues de Turberville, Bailli des Iles, au sujet d'un marché à Guernesey, acheté de feu Guillaume de Cheney et que l'abbé réclamait à l'exclusion des Seigneurs. Par l'accord le Bailli et ses hoirs auront la moitié du marché et la tiendront par hommage dudit abbé.

1270, Sept. 20. **Universis** presens scriptum inspecturis N.[1] divina permissione humilis abbas Montis Sancti Michaelis in periculo maris et Hugo de Turbevilla miles ballivus insularum salutem in Domino. Sciant omnes Christi fideles tam presentes quam futuri quod cum causa seu contentio verteretur seu mota fuisset non solum a nobis predicto abbate immo a duobus predecessoribus nostris immediate et successive ante nos in foro seculari inter viros religiosos abbates tunc temporis et conventum dicti loci ex una parte et Feliciam dominam de Chaaneyo ex altera ratione quorumdam reddituum seu mercati cujusdam emptorum a domino Guiłło de Chaaneyo milite tempore quo vivebat in insul. Guenerreij ad quos redditus et mercatum retrahend et habend dicti religiosi dicebant et adhuc dicunt se esse propinquiores tanquam domini capitales juxta patrie consuetudinem diucius approbatam. Nos dictus abbas cum dicto Hugone amico et fideli nostro tam pro ejus consilio auxilio et servicio quam ex gracia speciali pactum fecimus in hunc modum, jta videlicet quod idem Hugo et ejus heredes medietatem dicti mercati percipient et habebunt absque contraditione nostra si forte contingat et non alias quod dicti religiosi obtineant contra dictam dominam in premissis : satisfacto primitus ab ipso Hugone vel ejus heredibus competenter super medietate pretii quod dictus contractus constitit vel quod pro eodem mercato retrahendo et habendo solvere oportebit levationibus dicti mercati a tempore facti contractus seu clamationis dicte retractionis perceptis et habitis unicuique parti pro equali portione in medietate precii quod debebit solvere computatis ac etiam allocatis. Et tenebit idem Hugo et ejus heredes medietatem suam predictorum per homagium ab abbate Sancti Michaelis qui pro tempore fuerit. Et hec omnia et singula juravimus ad invicem bona fide servaturos, et nos dictus Hugo juvaturum dictos religiosos juxta posse ad dictam causam ulterius prosequendam. Quod universis et singulis quorū interest tenore presencium sub sigillis nostris significamus. Valete. Datum anno Dñi m° cc° septuagesimo die Sabbati post exaltationem Sante Crucis.

[*Archives de la Manche. Revêtu du sceau de Hugues de Turberville*].

(1) Nicolas Alexandre, 22e abbé du Mont, de 1264 à 1271.

Nº 135.

Lettre du Roi Edouard I au Bailli des Iles, l'informant de la commission émanée à Renaud de Ashwell, Geffroy de Campania [1] et Pierre de St Hilaire (voir Nº 101), et lui mandant de faire avertir les témoins à comparaître devant lesdits justiciers.

1286, Juillet 5. **Edwardus** Dei grã Rex Angl. Dominus Hibern̄ et dux Aquit. Ballivo suo de Gernes. et Gerner. salutem. Cum assignaverimus dilectos .... Reginaldum de Asswelle, Galfridum de Campania et Petrum de Scõ Hillario ad inquirendum de jure abbatis et conventus de Mo[nte Sancti Michaelis] in periculo Maris quod clamant habere in quadam terra cum pertinenciis in predicta insula de Gerner. ac eciam de jure nostro si quod nobis compet .... vobis mandamus quod ad certos diem et locum quos ijdem Reginaldus, Galfridus et Petrus vobis scire facient venire faciatis coram .... et tales probos et legales homines de insula predicta per quos rei veritas in premissis melius sciri poterit et inquiri. T. me ipso apud P............ Quinto die Julii anno regni nostri xiiij.

[*Archives de la Manche*].

Nº 136.

Copie de la Commission du Roi Edouard I à Philippe l'Evêque, chevalier, à Dreux de St Martin et à Philippe Fondan, [2] chargés de s'enquérir par une enquête du pays des droits du Roi, de l'abbaye du Mont St Michel et d'autres parties, aux terres du Comte à Guernesey.

Copia mandati domini Regis Anglie directi Philipo dicto Episcopo militi Droconi de Sancto Martino et Philipo Fundenc formam que sequitur continentis.

1289, Juin 27. **Edwaldus** Dei grã Rex Anglie dn̄s Hymbernie et dux Acquitanie dilectis et fidelibus suis Ph̄o dicto Episcopo militi Droconi de Sancto Martino et Ph̄o Fundenc armigeris satm. Ex parte dilec-

(1) Geoffroi de la Champagne tenait un fief important dans la paroisse de la Trinité, à Jersey, en 1274 (Extente, pages 16, 17).

(2) Tous les commissaires étaient des Jersiais—Philippe l'Evêque, Juré-Justicier, devenu Bailli—Dreux de St Martin, Seigneur de la Trinité—Philippe Fondan, Juré-Justicier.

torum nobis in Christo abbatis et conventus de Monte Sancti Michaelis in periculo maris nobis est ostensum quod cum ipsi jam viginti et tribus annis et amplius elapsis implacitassent coram baff. de Gerner'. Wiffm de Chaene de quadam terra cum pertinenciis in insula nostra predicta que vocatur Terra Comitis et dictus Wiffs pendente placito illo in fata decessisset ac Wiffs de Chaene filius et heres predicti defuncti versus quem idem abbas et conventus jus suum prosequebantur pendente ut prius ipso placito similiter expirasset et postea cum idem abbas et conventus jus suum prosequti fuissent versus Nicfim heredem ipsius Wi' proximo nominati tunc infra etatem existentem consideratum esset quod placitum illud dilacionem caperet usque ad legitimam etatem ejusdem Nicholai et idem Nicholaus postea ad legitimam etatem perveniens submonitus esset ad respondendum eisdem abbati et conventui de placito supradicto idem Nicfi plures fecit defaltas per quod terra ipsa per considerationem predicte curie nostre capta fuit in manum nostram dictique abbas et conventus super fi. sencientes se gravatos pecierunt inquisitionem inde fieri et justicie complementum eis exiberi in premissis cumque juratoris inquisicionis illius submoniti et sacramento prestito prout moris est in hiis similibus parati essent ad veritatem premissorum plenius declarandam, dictus Nicfi. tunc personaliter comparens nichil juris in dicta terra vendicabat sed ut juri dictorum abbatis et conventus derogari posset in hac parte consuluit Felicie matri sue et ipsam maliciose instigavit ut terram illam peteret tanquam tenementum de quo predictus Wiffs quondam vir suus et ipsa conjuntim erant feofati. Hiis itaque factis negocioque ipso minus bene examinato et juris ordine ob favorem dicte Felicie ut dicitur pretermisso, terra ipsa eidem Felicie fuit adjudicata cujus sesine et possessioni adhuc imcumbit in ipsorum abbatis et conventus dampnum gravissimum et ecclesie sue predicte exheredacionem manifestam. Nos igitur qui singulis de regno seu potestate nostra justicie sumus debitores dictum negotium si per fraudem aliquam seu favorem erratum fuerit in eodem modo debito et secundum leges et consuetudines in dictis insulis approbatas et hucusque habitas et usitatas volentes emendari assignavimus vos ad inquirandum per sacramentum proborum et legalium hominum de predicta insula de Gerner?. per quos rei

veritas melius sciri poterit tam de jure nostro si quod nobis competat in terra predicta quam de jure dictorum abbatis et conventus ac dicte Felicie plenius veritatem et qualiter et quomodo ac qua de causa nos seu alius jus habeamus in terra supradicta et de omnibus circumstanciis negocium illud tangentibus et de eo quod per inquisicionem illam inveneritis sub sigillis vestris et sigillis eorum per quos facta fuerit nobis distincte et apperte constare faciatis remictentes nobis hoc breve. Mandamus enim ballivo nostro insule predicte quod ad certos diem et locum quos ei scire facietis venire faciat coram vobis tot et tales probos et legales homines de predicta insula de Gerner᷒. per quos rei veritas in premissis melius sciri poterit et inquiri. Jn cujus rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Datum apud Xantoñ.(1) vicesimo septimo die Junii anno regni nostri decimo septimo.

Quod omnibus quorum interest tenore presencium sub sigillis nostris significamus, Datum anno Domini m° cc° lxxxm̃o. ix° die Lune post festum omnium Sanctorum.

[*Archives du département de la Manche. Ledit original orné primitivement de trois sceaux, dont deux restent*].

N° 137.

Rapport de l'enquête sur les terres du Comte à Guernesey, ordonné par la commission (N° 136).

Ce rapport est adressée à Robert Burnell, évêque de Bath et Wells, Chancelier du Roi.

Les Jurés de la Cour Royale rapportèrent que le Roi y percevait l'aide du Roi, avait la vue du varech, et autres régalités. Il tenait aussi les plaids de l'épée.

Ils expliquent ensuite la procédure qui a eu lieu dans le procès entre l'abbaye du Mont St. Michel et Guillaume de Cheney et comment le fief avait été pris entre les mains du Roi.

1289, Sept. 26. **Magistro** sapientissimo ac domino R. permissione divina episcopo de Baã et Welt. cancellario domini Regis Anglie suo karrissimo domino Philippus dictus Episcopus, Droco de Sancto Martino et Philippus Fondanc sui subjecti et humiles salutem et reverenciam

(1) Saintes.

cum honore. Cum nobis datum fuisset in mandatis ut inquireremus secundum tenorem mandati dñi Regis nobis directi tam de jure dicti dñi Regis si quod sibi competat in terra que vocatur Terra Comitis in insula de Gerner'. quam de jure virorum religiosorum abbatis et conventus Montis Sancti Michaelis in periculo maris ac Felicie quondam uxoris domini Guiłłi de Chaene militis. Noveritis nos presentibus coram nobis procuratoribus et attornatis partium hujusmodi negotium contingentium inquisivisse primo per juratos curie dicte Insule qui unanimiter dixerunt per sua juramenta quod dñs Rex capit in dicto feodo ad festum Paschăt. xl. solidos turonensium et ad festum beati Pauli xl. solidos turonensium de firma que dicitur auxilium Regis et quod habet visum verecci ibidem piscem regalem cum acciderit escalletam siricam sine opere aurum et mantellum sine estacheis et totum placitum de ense. Item capit in feodo au Legat tridecim quarteria frumenti et dimidium et ix. solidos turonensium uno denario minus. Item in feodo de Sotouart capit xij. quarteria et unum boissellum frumenti et duodecim solidos turonensium tanquam escaeta, ea videlicet ratione quod partem Normannorum tempore guerre tenuerunt. Qui dicti duo feodi in dicto tenemento Comitis continentur. Item dicunt quod idem Guiłłs dictum tenementum Comitis emit de Baldouino de Ver cum pertinentiis et suis escaetis audiencia inde facta in parrochia, sed dictus B. sibi quedam calcaria valoris quatuor sterlingorum retinuit in predictis et quod dictus G. dixit quod maritagium dicte sue uxoris propter hoc vendiderat sed nesciunt utrum fuerit verum nene quia dictum maritagium non erat in partibus insulanis conditione apposita tali emebat sibi et dicte sue uxori ita quod ille duorum qui magis viveret dictam terram Comitis teneret cum pertinenciis supradictis. Item dixerunt quod dicti religiosi infra xl. dies ejusdem venditionis postea facte ad dictam Insulā accesserunt et dictum Guillelmum convenire fecerunt de eadem et eidem inde nummos obtulerunt in parrochia et locis aliis quos idem G. penitus recusavit, petentes dicti Religiosi dictā terram ratione retractus et quod ibidem habent decimam et melagium et dixerunt quod idem Guillelmus venditionem consuetam priori de Valleio tanquam domino capitali obtulit et ipse prior eandem refutavit ne ipsis religiosis inde prejudicium generaretur in premissis et pendente placito illo idem

G. decessit et post mortem ejus Guillelmo primogenito dicti defuncti, dicti religiosi de eadem querela litigarunt placito eodem pendente dictus primogenitus expiravit et post mortem istius iidem religiosi Colino fratri et heredi extremi mortui litigarunt de predictis, qui dictus Colinus erat minor annis existens minorem etatem allegavit et tunc placitum illud dilationem usque ad suam legitimam etatem cepit et sua legitima etate veniente tantas contumacias fecit quod terra illa in manu domini Regis fuit capta et tunc dictus Colinus comparens in curia suas contumacias salvavit eo quod non fuit ad suam residenciam citatus et postea fuit citatus et ut debuit vocatus comparuit dicens quod nichil quoad nunc habere clamabat in premissis, immo Felicia mater ejus vita sua comite dictam terram debebat tenere et habere ratione supradicta. Dicta Felicia licet vocata non conparuit, immo de dicta insula exivit et placitum illud sic in pendulo remanxit et quod si fuerit in manu dñi Regis arrestata seu capta non unquam per judicium fuit deliberata nisi de voluntate ballivi prout credunt. Scientes nos per alios xij. homines fide dignos et legales de dicta insula inquisisse qui per sua sacramenta dixerunt eadem verba que alii jurati dixerant de premissis nisi de hiis que acta fuerant in curia sed dicebant quod jurati assisie coram quibus res acta inde fuerat cum ad hec presentes non fuerunt veritatem inde dixissent quia eis deberetur fides adhiberi quod credebant. Quod vobis et regali consilio per appositionem sigillorum nostrorum et sigillorum juratorum assisie et tenore presentium significamus hec omnia et mandatum nobis directum remittentes. Valete. Actum anno Dñi m°. cc°. octogesimo nono die Lune ante festum beati Mich. in Monte Gargano.

[*Archives de la Manche*].

N° 138.

Acte passé devant Jean Guillebert, Notaire Public à Coutances.

Accord entre Geoffroy de Carteret, Prieur du Valle à Guernesey, et Pierre Etienne, Trésorier de l'Eglise de St. Michel du Valle, pour et au nom de l'église et des paroissiens, pour mettre fin à certain procès entre eux aux sujet de la contribution dudit Prieur vers les réparations de ladite église. Le Trésorier soutenait que le Prieur

devrait payer la tierce partie des réparations, tandis que le Prieur prétendait être entièrement exempt. Les parties sont venues à un arrangement par lequel le Prieur payerait chaque année à la St Michel trois quartiers de froment de rente censive (grande mesure) pour toute contribution vers les réparations ainsi que pour toutes autres demandes que le Trésorier pourrait chercher à revendiquer à l'avenir à cause d'arrérages de réparations.

1368, Déc. 24. In Dei nomine Amen. Anno a nativitate ejusdem millesimo trescentesimo sexagesimo octavo indictione sexta die vicesima quarta mensis Decembris pontifficatus Sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Urbani divina providentia pape quinti anno sexto. Noverint universi et singuli presentes pariter et futuri quod cum lis dissencio seu controversia diu est esset mota ac in futurum fieri et moveri spераretur inter religiosum et honestum virum dominum Gauffridum de Kartereto monachum expresse professum monasterii Montis Sancti Michaelis in periculo maris ordinis Sancti Benedicti Abrincensis diocesis priorem prioratus Sancti Michaelis de Vallia in insula de Guernereyo Constanciensis diocesis ac ejus predecessores priores dicti prioratus ex una parte et Petrum Stephani thesaurarium ecclesie Sancti Michaelis de Vallia predicti nomine dicte ecclesie et parrochianorum ejusdem predictarum Insule et diocesis ac predecessor. ejusdem in dicta thesauraria ex altera super reparationibus ipsius ecclesie ex et pro eo quod dictus thesaurarius nomine quo supra dicebat pro parte sua et asserebat quod quicunque existens prior dicti prioratus tenebatur anno quolibet personaliter interesse cum dictis parrochianis in ecclesia supradicta ad audiendum compotum thesaurarii et ejusdē ecclesie thesauri qui pro tempore fuerit audiendum et audito dicto compoto et finito sumpto thesauro et in reparationibus impleto jdem prior tenebatur solvere terciam partem quarumcunque reparationum si que facte fuissent in eadem ecclesia. Prior vero supradictus asserens contrarium sui et sui prioratus ac monasterii supradicti nominibus dicebat quod ipse et sui predecessores fuerant et erat usque modo penitus exempti ab omnibus reparationibus dictam ecclesiam tangentibus a tanto tempore quod de contrario memoria hominum non existit. Tamdem hiis et aliis quamplurimis hinc inde rationibus propositis et allegatis prior supradictus et frater Johannes Garini[1]

(1) Jean Guérin, sacristain. (Voir N° 42, p. 65).

sacrista monasterii supradicti procuratores abbatis et conventus Montis supradicti quantum ad hoc ut asseruerunt sufficienter fundati et thesaurarius ecclesie supradicte nomine quo supra pro bono pacis et concordie ad hanc finem devenerunt et in hanc formam composuerunt transhigerunt et transhactionem in modum qui sequitur ac compositionem fecerunt videlicet quod prior qui pro tempore erit anno quolibet tenebitur solvere predicto thesaurario nomine quo supra temporibus futuris in festo beati Michaelis in Monte Tumba tria quarteria frumenti boni et censualis ad magnam mensuram pro omnibus reparationibus et aliis quibuscunque juribus que predictus thesaurarius nomine predicto idem priori tam pro tempore preterito presenti quam futuro causa arreragiorum reparationis predicte petere posset in futurum. Ita tamen quod si tria alia quarteria frumenti censualis fuerint venditioni exposita in bona assisia sive assieta sive sint in parrochia ac feudis dicti domini prioris sive extra, predictus thesaurarius nomine sepe dicto illud frumentum tociens quociens per priorem qui pro tempore erit fuerit requisitus cum adjutorio et consilio dicti prioris emere tenebitur una cum dicto priore et ad hoc auxilium prestabit et favorem et idem prior precium illius frumenti censualis emptione facta per eosdem priorem et thesaurarium nominibus quibus supra venditori redditus antedicti solvere tenebitur indilate et sic post modum dictus dominus prior et sui successores in dicto prioratu futuris temporibus a solutione dicti redditus frumenti quictii exempti remanebunt totaliter et immunes, ita tamen quod dicta ecclesia de jam dicto redditu diminui de cetero minime valeat quoquomodo vel defraudari maxime cum ad hoc dictus prior racione dicti sui prioratus teneatur alioquin ab obligatione seu assieta dicti prioris et prioratus ejusdem idem thesaurarius minime recedet. Que omnia supra et infra in presenti instrumento contenta idem prior promisit facere ratifficari et approbari per reverendum in Christo patrem dominum abbatem monasterii predicti et ejus conventum bona fide et ad predicta omnia et singula sic superius per dictas partes per modum composicionis promissa et conventa tenenda complenda et inviolabiliter observanda voluerunt ambe partes per curiam ecclesiasticam quamcumque vice versa posse compelli super quibus omnibus et singulis prenominate partes se tenuerunt pro contentis et juraverunt ad Sancta Dei in mei publici notarii et testium subscriptorum presencia contra pre-

dicta seu eorum aliqua de cetero non venire per se vel aliam personam interpositam quoquomodo dictus prior videlicet premissa promictendo sub obligatione omnium bonorum dicti sui prioratus et dictus thesaurarius nominibus quibus supra vice versa sub obligacione omnium bonorum dicte ecclesie quorumcumque et sic dicte partes quibus supra nominibus de et super predictis omnibus et singulis per me notarium infrascriptum pecierunt sibi fieri unum vel plura quot et quanta sibi sufficient instrumentum seu instrumenta. Acta fuerunt hec die dominica in vigilia natalis Domini post missarum sollempnia infra ecclesiam beati Michaelis de Vallia sepedictam in presencia et testimonia Johannis Quesnelli, Johannis de Calido Bosco, Guilli Erenguier clericorum, Guilli et Johis les Bequereaux, Guilli et Radulphi les Salemons, Petri de Genez, Petri Erenguier, Roberti Giffart, Ricardi Filiastri, Ricardi le Francoys, Philippi et Petri les Goubeiz ac Philippi et Radulphi les Herubeaux dictarum insule et diocesis pluriumque aliorum fide dignorum testium ad premissa vocatorum et rogatorum.

Et ego Johannes Guilleberti clericus Constanciensis diocesis publicus imperiali auctoritate notarius premissis omnibus et singulis dum sic tractarentur transhigerentur et fierent una cum prescriptis testibus presens fui et ea audivi scripsi publicavi et in hanc formam publicam postmodum manu mea redegi et hanc dicionem montis quam omiseram in principio in tercia linea presentis instrumenti addidi signoque meo solito signavi in testimonium requisitus premissorum

[*Archives de la Manche*].

Nº 139.

Lettre du Chapitre de l'abbaye du Mont St Michel (patron de l'église de St Michel du Valle à Guernesey, et décimateur des dîmes dudit bénéfice), par laquelle pour mettre fin au procès entre le Chapitre et le Prieur du Valle et le Trésorier de ladite église (voir Nº 138), le Chapitre consent à contribuer et à garantir le paiement de la somme de trois quartiers de froment annuel à St Michel vers les réparations de l'église. [1]

(1) Parmi les MSS. de la famille Falla, de la Roque Barrée, se trouve une lettre sous le sceau de la Cour de Guernesey, datée du 20 Novre 1382, par laquelle Jean le Prevost cite Gieffré Caubo, Trésorier de l'église du Valle, au sujet de cette somme de rente. Jean Guérin était alors Prieur du Valle.

Lettre dans les mêmes termes pour un procès semblable pour l'église de Ste Marie du Câtel, à Guernesey. Le Chapitre consent dans ce cas à contribuer une rente annuelle de 4 livres 10 sols à la St Michel.

1368. **Universis** presentes litteras inspecturis Abbas et Conventus monasterii Montis Sc̃i Mich̄. in periculo maris ordinis Sancti Benedicti Abrincensis dioc̃. salutem in Dño sempiternam. Cum inter nos ratione nostri prioratus de Vallya in Insula de Guerneryo Constañ. dioc̃. ex parte una et thesaurar⁹ ac parrochianos Sc̃i Mich̄. de Vallya dicte insule ex altera controversia suscitari timebatur ex et pro eo quod dicti thesaurarii et parrochiani dicebant et asserebant quod nos qui sumus patroni et rectores dicte ecclesie vicarium ppetuum dño Episcopo Constanciensi si et quando vacat presentantes ac fere omnes decimas ipsius ecclesie prediales percipientes, onus fabrice ejusdem ecclesie pro tercia parte videlicet tam pro reparationibus ecclesie librorum vestimentorum luminarii quam al̄. fabrice tenebamur, nos asserentes ad dictas reparationes pluribus rationibus non teneri. Tandem super h̄. deliberatione habita cum juris peritis propter bonum pacis et ut nos successores ac benefactores nostri plenam participationem in bonis spiritualibus que de cetero fient in ecclesia predicta habeamus, fabrice prefate intuitu pietatis et elemosine contulimus et tenore presentium conferimus tria quarteria frumenti ad mensuram dicti loci annui redditus percipiend̄. et levand̄. anno quolibet ad festum beati Michaelis in mense Septembri a dictis thesaurariis per manum prioris seu custodis prioratus nostri predicti quousque dicta quarteria frumenti eidem fabrice assignaverimus seu situaverimus in feod̄. nostri prioratus predicti in assisia sufficienti semel vel plur⁹. in toto vel in parte si et quando nos videbimus expedire et thesaurarii qui sunt vel erunt pro tempore super h̄ extiterint requisiti. Quod quidem frumentum prefati thesaurarii tenebuntur et tenentur convertere in usus ac utilitatem fabrice ecclesie memorate et propter premissa nos et prior noster predictus remanemus quiti et liberati omnino super omnibus in quibus poteramus teneri seu obligari pro omni tempore preterito presenti et futuro fabrice seu thesaurariis predictis ratione seu occasione reparationum ecclesie librorum luminarii aut al̄ quovismodo et si contigeret quod terra super quam frumentum

predictum esset situm summan dicti frumenti inibi assignat. valere non posset nos et prior qui pro tempore fuerit dictam summan frumenti absque diminutione garantizare tenemur et ad h̃ bona dicti prioratus nostri obligamus. Actum et datum in capitulo nostro sub impressione magni sigilli nostri anno Dñi m°. ccc^{mo}. lxviij°. die Sabbati post festum beati Valentini.(1)

Compositio Similis.

Universis presentes litteras inspecturis Abbas et conventus monasterii Montis Sancti Michaelis in periculo maris ordinis Sancti Benedicti Abrincensis diocesis salutem in Dño sempiternam. Cum inter nos ratione nostri prioratus de Vallya in Insula de Guernereyo Constanciensis diocesis ex parte una et thesaurarios ac parrochianos beate Marie de Castello dicte insule ex altera controversia seu contentio suscitari timebatur ex et pro eo quod dicti thesaurarii et parrochiani dicebant et asserebant quod nos qui sumus patroni et rectores dicte ecclesie vicarium perpetuum dño Episcopo Constanciensi si et quando vacat presentantes ac fere omnes decimas ipsius ecclesie prediales percipientes, onus fabrice ejusdem ecclesie pro tercia parte videlicet tam pro reparationibus ecclesie librorum vestimentorum luminarii quam at subire tenebamur et quod per judicem cōpetentem ad h̃ faciend fueramus legitime condampnati. Nos asserentes ad dictas reparationes pluribus rationibus non teneri. Tandem super h̃. deliberatione habita cum jurisperitis propter bonum pacis et ut nos successores et benefactores nostri plenam participationem in bonis spiritualibus que de cetero fient in ecclesia predicta habeamus, fabrice prefate intuitu pietatis et elemosine contulimus et tenore presentium conferimus quatuor libras cum decem solidis annui redditus percipiend et levand anno quolibet ad festum beati Michaelis mense Septembri a dictis thesaurariis per manum prioris seu custodis prioratus nostri predicti quousque dictas quatuor libras cum decem solidis eidem fabrice scituaverimus in feod nostri prioratus predicti in assisia sufficienti semel vel pluries in toto vel in parte si et quociens nos videbimus expedire et thesaurarii qui sunt vel erunt pro tempore super h̃ extiterint requisiti, quamquidem peccunie summam prefati thesaurarii tenebuntur et tenentur convertere in usus et utilitatem fabrice ecclesie memorate.

(1) 17 Fevrier.

Et propter premissa nos et prior predictus remanemus quiti et liberati omnino super omnibus in quibus poteramus teneri seu obligari pro omni tempore preterito presenti et futuro fabrice seu thesaurariis predictis ratione seu occasione reparationum ecclesie librorum luminarii aut al. quovis modo et si contigeret quod terra super quam dicti redditus essent siti summam dicte inibi assignat. valere non posset nos et prior qui pro tempore fuerit dictum redditum absque diminutione garantizare tenemur et ad h bona dicti prioratus nostri obligamus. Actum et datum in capitulo nostro sub impressione magni sigilli nostri Anno Dñi m. ccc. lxviij die Sabbati post festum beati Valentini.

[*Archives de la Manche. Extrait du Formulaire de l'abbaye du Mont St. Michel, fol. 17 verso*].

No. 140.

Acte du Chapitre du Mont St. Michel nommant le frère Jean Guérin, Prieur du Valle.

1369. **Anno** Dñi mo. ccco. lxixo. die dominica post Ascensionem ejusdem constituimus priorem et procuratorem ad gubernationem prioratus nostri de Vallya sub forma contineñ. in libro qui vocatur Kalendar. cartarum nostrarum videlicet fratrem Johannem Garini.

[*Archives de la Manche. Même Registre, fol. 3 recto*].

No. 141.

Lettre de Jean Courratier, Vicaire de l'abbaye du Mont St. Michel, adressée au Prieur de Lihou, à Guernesey, lui mandant de venir au Mont pour se purger de certaines irrégularités alléguées contre lui.

1448, Juillet 17. **Dilecte** in Christo frater, Salutatione qua decet premissa, ad nostram, prout jam dudum extitit, nuper pervenit noticiam vos prioratus nostri de Lihou in insula Guenesey Constañc. dioc. consistentis quibus titulo et causa nescimus, regimen et administrationem accepisse et ejus possessionem intrasse, quod a rationis tramite necnon ordinis beati Benedicti et monasterii nostri sanctionibus et constitutionibus

patenter inspicitur deviare, cum priores nostrorum prioratuum et nostri monasterii membrorum ejusdem titulum quo ad eosdem se juvare preponunt nobis in capitulo nostro insinuare teneantur. Verumptamen vos in eodem prioratu juste et canonice prefici verissimiliter creddere est et quod ignorancia de premissis circa ea vos excusare supponitur. Ne igitur eadem ignorancia vos aliquatenus seducere valeat ex debito justicie quantum possumus procedentes vos assertum priorem et subditum nostrum fraternaliter exhortamur paternaque monitione vobis precipimus et mandamus quatinus infra mensem a die noticie presentium vobis facte ad exhibendum nobis ea ratione qua decet obedienciam ad nos et monasterium nostrum predictum vos personaliter transferatis ut exinde constitutionum et ordinationū ejusdem monasterii tenorem agnoscatis et tandem religiosus esse valeatis et nuncupari nostramque benevolentiam captare ac Dei et paterne sancte ecclesie gratiam et benedictionem consequi mereamini in qua valeatis feliciter et longeve. Ex monasterio antedicto xvij^{a} Julii anno Dñi m^{o} cccc^{o} xlviij^{mo}.

Frater Johannes Courratier vicarius monasterii Montis Sc̄i Michaelis in periculo maris.

[*Archives de la Manche. Même Registre, fol. L. verso*].

N° 142.

1532, Juillet 25. Acte passé devant Jean de la Fosse, prêtre d'Avranches et notaire public, par lequel Jacques Tournier, moine du Mont St Michel, résigne le bénéfice du Prieuré de Ste Marie de Lihou (Guernesey).

[*Ce document, assez long, n'a qu'une portée passagère avec Guernesey et nous n'avons pas cru utile de l'imprimer*].

N° 143.

Lettre de Baudoin Wac confirmant la donation faite aux moines du Mont St Michel par Godefroi Vivier (du consentement de Pierre et Payen Vivier et leurs hoirs) de certaine terre située sur son fief à Guernesey,[1] sauf ses droits seigneuriaux ; à savoir : Cinq acres de terre à Erclin Roque (La Roche Roquelin, paroisse du Câtel) et le

(1) Le fief au Comte.

mesnage de Richard fils de Guillaume de la Rue, que ledit Godefroi tenait par droit héréditaire.

L'abbaye paya audit Pierre Vivier du consentement des autres héritiers 60 sols monnaie d'Anjou, par les mains de Richard de Wiville, Prieur du Valle.

Ante 1179. **Omnibus** hominibus suis presentibus et futuris Bald. Wac salutem. Notum sit vobis me concessisse et hac mea carta confirmasse Deo et abbacie Sci Michaelis de Monte et monachis ejusdem loci terram que est de meo feodo in Gernerui quam Godefr. Viver dedit eidem abbacie concessu Petri Viver et Pagani Viver et heredum suorum salvis in omnibus meis serviciis scilicet quinque acris terre apud Erclinroke cum mansura Ricardi filii Witti de Rua quas predictus Godefr. Viver tenuit jure hereditario Et pro ista conventione tenenda dedit predicta abbatia predco Petro Viver concessu aliorum heredum lx. sot. And. per manum Ric. de Wivitt. Testibus: Gilleberto de Munfichet; Ran. de Lunges: Bald. de Waspre: Ric. monacho: Gitt. fit. Robi Ric: Witt. Chideron: Alano coco; Witt. camerario; Rad. Rabace; Rob. Wiver: Pagan. Wiver: Rob. fit. ejus; Espiart, et pluribus aliis.

[*L'original, 12e siècle, aux archives du département de la Manche, privé de son sceau*].

No. 144.

Lettre de Pierre Vivier confirmant la donation de certaine terre à Guernesey faite par Godefroi Vivier à l'Abbaye du Mont St Michel. (Comparez No. 143 et consultez au sujet de cette charte la notice dans le Bulletin de la Société Jersiaise pour 1921, par le Colonel T. W. M. de Guérin).

1179. **Notum** sit presentibus et futuris me Petrum Viuier concessisse et hac carta mea confirmasse Deo et abbatie sancti Michaelis de monte et monachis ibidem Deo servientibus terram que est de feudo Baldoini Wac in Guenerreio, quam Godefridus Viuier dedit eidem abbatie in perpetuam elemosinam concessu eiusdem Baldoini Vac et Pagani Viuier et heredum meorum, scilicet quinque acras terre apud Herclinroche cum mansura Ricardi filii Willelmi de Rua, quas pre-

dictus Godefridus Viuier tenuit iure hereditario, et pro ista conuentione tenenda dedit in predicta abbatia concessu heredum meorum lx. solidos Andegauensium per manum Ricardi de Huiuilla. Actum est hoc in curia domini Regis in Guenerreio coram Gisleberto de Hoga tunc vicecomite, et quia sigillum non habebam, sigillo Gisleberti de Hoga vicecomitis consideratione et assensu amicorum meorum hanc cartam sigillari constitui. Anno ab incarnatione Domini M. C. LX. decimo nono. Testibus Ricardo de Huiuilla priore de Valo, Petro de Valo, et Ricardo Malesarz sacerdote, Magistro Marcherio, Willelmo Viuier, Petro de Belueier clericis, Willelmo camerario Baldoini Vac, Ricardo monacho, Hugone de Grencesiis, Gisleberto des Rouueis, Gisleberto Postel, Roberto de Haruelant, Willelmo de Hoga, Oliuer de Barneuilla, Willelmo preposito, Gisleberto preposito, Espiart Legato, Willelmo Viteclim, Roberto Malmarchie, Gisleberto Rossel, Gisleberto filio Roberti, Ricardo et Iordano Viuier, Ricardo Vivier, et multis aliis.

[*L'original à la Bibliothèque du Doyen et Chapitre d'Exeter ; avec le sceau de Gilbert de la Hougue*].

N°. *145.

Recettes et paiements du Prieuré du Valle à Guernesey pour l'année 1314. Une traduction de ce document important, qui donne des détails sur les prix des denrées et sur l'agriculture au moyen âge, suit le texte.

Il paraît certain qu'à part le montant de 31 livres dépensé en aumônes, le peuple de Guernesey ne profita guère de ces revenus considérables, qui pour la plupart étaient remis à l'abbaye ou utilisés pour les besoins du Prieuré.

1314. **Valor prioratus de Vallia** de anno domini m°. ccc°. xiiij°.

Carrug̃. de Corbinoys vi. ľbr. Item Carrug̃. de Plenomonte vij, ľbr. Item l. quar̃. silig̃. pret̃. quar̃. vi. s. Summa xv. ľbr. Item xij^xx^. quar̃. ordei. pret̃. quar̃, viij. s. Summa c. xij. ľbr. Item lx. quar̃. pis̃. et fab̃. pret̃. quar̃. viij. s. Summa xxiiii. ľbr. Item lx. quar̃. frĩ. de graug̃. pret̃. quar̃. xii. s. Summa xxxvi· ľbr. Item stramen et palea xxv. ľbr. Item Rosel xv ľbr. Item Salineles et

Quartrahit xxx lbr. Item Sotouart et Bullaban xij. lbr. Item vannagium vi. lbr. Item campus Rou l. s. Item magne decime c. iiij. lbr. Item molendini c. lbr. Item minuti denarii vij lbr. Item censsus x. lbr. Item lini et pastine x. lbr. Item costuma meg. et espercarie xx. lbr. Item iij^{c}. lx. quar. fri. redd. pret. quar. viij s. Summa vij^{xx} iiij lbr. Item pasnag. de Rossel x s. Item Guetehou xl. s. Item sepulture xl. s. Item mariscus de Vall. xv. lbr. Summa vij^{c}. vj. lbr.

Sequitur de misis.

Pro visitatione arch. xl. s. Item Rob. le Gay (1) c. s. Item eid. c. s, pro roba de dono dñi. Guill abbatis. Item priori de Lib. xv lbr. Item Guillo de Hoga eunti apud montem xl. s. Item fratri Gaufr. le Vallet vj lbr. Item Olivero monacho eunti in Angl. x. lbr. Item eidem eunti in Angl. c. s. Item Thome de Campell. c. s. Item Ric. Le Fessu xxiiij. lbr. Item pro duabus molis xxxij. lbr. x s. Item in aliis mis et de causa xij. lbr. Item Guillo Sarre et sociis suis viij lbr. de precepto dñi Guilli abbatis. Item Johanni de Chimino xxv. s. Item suppriori et Ric de Sancto Martino euntibus apud Montem c. s. Item Colino le Sueur xiiij s. pro batello. Item pro reparatione manerii viij. lbr. Item Petro mercatori x. lbr. Item magistro Philippo de Quartrait c. s. Item magistro Ric de bello campo (2) xl. s. Item Petro de Balmis xxij. lbr. pro deliberatione prioratus. Item Guillo de Varnayse iiij. lbr. de mand. ballivi. Item pro expenss. dñi J. abbatis xxxviij lbr. Item magistro Gaufr. de Quartrait x. lbr. xiij. s. de mand. ballivi. Item pro batellis portantibus dominum abbatem xvj. lbr. Item ballivo c. lbr. Item pro batello portante blad. apud Genetium vij. lbr. Item pro reparatione ecclesie beate Marie de Castro et de Vall. vij. lbr. Item pro emptione unius quar. fri redd. vj. lbr. pro elemosina domini J. abbatis. Item elemosinario xxv. lbr. Item suppriori c. s. Item capellano beate Marie xl. s. Item cantori xij s. Item magno priori xx lbr. Item Jacobo de Vinceleys x. lbr. de quibus habetis bonam litteram. Item pro expenss. familie Regis xx lb. Item fratri Rog. de Dulceto xxx. s. Item Danieli lx. s. pro roba. Item ballivico xx. lbr.

(1) Bailli de Guernesey. Au sujet de cette pension, voir Lettres Closes, p. 59.
(2) Procureur du Roi, 1299.

[TRADUCTION].

Recettes. Charruée de Corbinoys 6 l. ; charruée de Pleinmont 7 l. : 50 quartiers de seigle au prix de 6 s. = 15 l. ; 240 quartiers (erreur pour 280 –xij pour xiv) d'orge au prix de 8 s. = 112 l. ; 60 quartiers de pois et de fèves au prix de 8 s. = 24 l. ; 60 quartiers de froment de la grange au prix de 12 s. = 36 l. ; paille et menue paille 25 l. ; Rosel 15 l. ; Salinelles et Carteret 30 l. ; Sotevast et "Bullaban" 12 l. ; vannage 6 l. ; le champ Rou 50 s. ; les grandes dîmes 104 l. ; les moulins 100 l. ; les menus deniers 7 l. ; rente censive 10 l. ; lin et panais 10 l. ; coutume des maquereaux et esperquerie 20 l. ; 360 quartiers de froment de rente au prix de 8 s. = 144 l. ; pasnage de Rosel 10 s. ; Jethou 40 s. ; enterrements 40 s. ; le Marais du Valle 15 l.—Somme 706 l. (erreur pour 705 l.).[1]

Paiements. Visite de l'archidiacre 40 s. ; Robert le Gay, 100 s. ; au même 100 s. pour une robe du don de l'Abbé Guillaume ; au prieur de Lihou 15 l. ; à Guillaume de la Hougue allant au Mont 40 s. ; à Frère Geoffroi le Vallet 6 l. ; à Olivier le moine allant en Angleterre 10 l. ; au même allant en Angleterre 100 s. ; à Thomas de Campell 100 s. ; à Richard Le Fessu 24 l. ; pour 2 meules 32 l. 10 s. ; paiements divers 12 l. ; à Guillaume Sarre et ses compagnons par ordre de l'Abbé Guillaume 8 l. ; à Jean du Chemin 25 s. ; au sous-Prieur et à Richard de St. Martin allant au Mont 100 s. ; à Colin le Sueur pour un bateau 14 s. ; réparations au Manoir 8 l. ; à Pierre le Marchand 10 l. ; à Maître Philippe de Carteret 100 s. ; à Maître Richard de Beauchamp 40 s. ; à Pierre de Balmis pour consultation 22 l. ; à Guillaume de Varnayse par ordre du Bailli 4 l. ; dépenses de l'Abbé Jean 38 l. ; à Maître Geoffroi de Carteret par ordre du Bailli 10 l. 13 s. ; bateaux pour le transport de l'Abbé 16 l. ; au Bailli, 100 l. ; bateau pour le transport de blé à Genest 7 l. ; réparation des églises de Ste. Marie du Castel et du Valle 7 l. ; achat d'un quartier de froment de rente pour l'aumône de l'Abbé Jean 6 l.[2] ; à l'aumonier 25 l. ; au sous-Prieur 100 s. ; au chapelain de Ste. Marie 40 s. ; au chantre 12 s. ; au Grand Prieur 20 l. ; à Jacques de Vinchelez 10 l. ; dépenses de la famille du Roi 20 l. ; à frère Roger de Dulcet 30 s. ; à Daniel pour robe, 60 s. ; à la baillie 20 l.—(Somme 481 l. 4 s. 0 d.)

[*L'original existant aux archives de la Manche*].

(1) En 1325 les revenus s'élevaient à 854 l. 18 s. (Voir N° 29. p. 47).

(2) Ce placement donnait un intérêt sur le capital au taux de 6⅔ pour cent par an.

N° 146.

Ce document porte au dos ce titre. "Copie des franchises que le Roi dengleterre a en Guernerie et que les hommes de Guernerie ont". Consultez Havet, Cours Royales, p. 8, et Dupont, Histoire du Cotentin &ca, vol. ii. pp. 213–5.

Ce sont les franchises nostre segnor le rey dengleterre en lisle de Guernerye.

Circa 1270. Premierement il a la segnorie sus toz e ses franchises si come segnor e ses bries e toutes les choses qui apartienent a la corone. Empres il a sassise de trois anz en trois ans e par son brief tenue. Empres il a son moneage ensuiant de trois ans en trois anz par tout le pais exceptez ceus qui en sont franz. Empres il a son champart sus son fieu e ses melages e ses polages e ses moulins e ses autres franchises. Empres nostre segnor le rey a ses veres par toute lisle exceptez les drouitures a labey de Mont Seint Mich. e a ma dame de Chaene [1] e a Matheot de Saumares e en toute lisle il prent la veue e ou Vale et en Lihou e en Guethehou e or e seie nemie ovree e escarlate nemie trenchie e mantel descarlate sanz ataches e esturjon.[2] Empres il a sa costume des neis, cest a savoir de celes qui puent guinder a lor mast un tonel de vin, pour quei la neif en la marchaandise set dehors le pouer nostre segnor le rey, demie marc dargent. Empres il a ses esperqueries e devent les pescheors aporter lor peisson de deus marees clos es places se il poent venir e se il ne poent venir il le puent fendre; e quant il vendront es places se les marchaanz e les pescheors ne poent estre a un acort, le peisson doit estre prisiez par le dit de ij homes leaument dedens un flo e une ebe. Empres il prent lxx lib. de torneis daide par trois termes en lan, cest a savoir a noel a pasques e a la seint Michiel. Empres il a ses chies plais trois fez en lan, cest a noel e a pasques e a la seint Michiel e ses plez deritage de quinzaine en quinzaine. Empres il a les bestes gaives en tens de defens, e devent estre gardees au marchie si quau Samedi prochain empres la seint Johan, e diluec en avant se il naura garant il deivent estre au Rey. Empres il a toutes forfetures un an e un jor par toute

(1) Félicie, veuve de Guillaume de Cheny; ce qui permet d'inférer que ce document doit être du 13e siècle.

(2) Cf: Rôle d'Assise (1309) p. 163.

lisle, e empres le fie vient es segnors donc il muet. Empres il a son pasnage sus son fieu quant son manoir est clos. Empres les prisons nostre segnor le rey doivent estre mis ou chastel por trois cas, cest a savoir por murtre por larrechin e por rap ; et por toz autres cas doivent estre mis en franches prisons, cest a savoir es Gazeaus e a la Vilete e es Rohays. E nostre segnor le rey prent un de ses hostes a estre son grangier por deservir sa terre ; e se il ne fet le servise, le ballif ne doit prendre denier se il ne fait fere le servise por luy. Empres il a le cors de la mare dorguil.

Ce sont les franchises es genz de Guernerie.

Premierement por lxx lib. daide que nostre segnor le rey prent por toute lisle de Guernerie, doivent estre quites dost e de chevauchie e de talle, excepte por le cors nostre segnor le rey se il estoit tenus en prison, don diex le gart, e por[1] avoir droit ou pais par le jugement de xij. jurez sanz issir dou pais, se nest por doner gage e plege que il aient fet faus jugement. Empres des peissons, ou tens de secheisons poent les bones genz dou pais venir es pors ou les bateaus arivent e achater du peisson, des congres et des autres peissonz a lor mengier, e se les marchaanz les dis peissons avoient achatez il en poent prendre por le covenant que il costent e es esperqueries par le covenant que il costent a besoig (*sic*). E en toz tens le menu peisson doit estre aporte es places qui sunt establies ou pais iij. foiz la semaine, e en quaresme toz les jors, et toz peissons sans istre en point dou pais, e ne doivent point achater les regratiers si qua tant que la gent dou pais aient achate. E des chars[2] ne devent point le bouchiers tenir dentiere que il nen aient de depecie sus les estaus, que la gent en puissent avoir. E des blez les boulengiers doivent fere quant le forment est dedens le pris de ij s̃. moitie a ij. deniers e moitie a j. denier, e ou pain ne doivent metre point de leveure ; e se il est seu que il li metent e que le pain ne soit dou fuer[3] dou bley, il doit estre done es meseaus ou es povres, et a ce fere doivent estre veeurs establiz. Empres es moulins doit avoir iij. mesures, cest a savoir une du tiers dou boissel e une dun denerel e une de demie denerel. E doivent estre seelees e la boine gent doivent a ces mesures mesurer lor bley en laire dou moulin e iluec rendre lor moutures, e

(1) *Lisez* doivent. (2) = chair, viande. (3) = prix.

ne doivent les monniers point prendre de fermeage. E. les monniers, dou bley que il baillent, doivent prendre le fuer que il vaut communaument xv. jors devant la Seint Jehen ou xv. apres, e doit estre le fuer jurez par bones gens et par leaus. Empres les jures dou pais doivent mengier oveques les (*sic*) ballif le jor que il tient sa harele e le jor que il voient les chemins e le jors que il fet ses merchis de lasise ; e doivent estre fetes par les jures, e celes de toz les autres plez ; e doivent encore mengier oveques le ballif quant il tient ses iij. chies plais, e quant il i a forfeture, e quant batalle est gagie, e quant ele fiert ; e sont les xij. jurez quites dou monneage, e les homes le roy ne doivent nul garbage sauf le champart le rois.

[*L'original, de l'écriture du commencement du 14e siècle, aux archives de la Manche*].

No. 147.

Guillaume de Cheney rend l'ilot de Jethou à son décès à l'Abbaye du Mont St. Michel.

Circa 1260. **Omnibus** Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Wllš de Chaeney miles salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod insula de Geteho, quam abbas et conventus Montis Sancti Michaelis de periculo maris michi vita comite concesserunt, post decessum meum quiete et integre redibit dicto abbati et conventui absque ulla contradictione et reclamatione heredum meorum sive aliorum cum omnibus meliorationibus quas in eadem insula fecerim. Quod ut ratum et stabile perseveret presentes litteras sigilli mei munimine roboravi.

[*Original aux Archives de la Manche. Sceau de Guillaume de Cheney très bien conservé*].

No 148.

Restauld, ancien pilote du Duc Robert (1) s'étant fait moine, donne à l'Abbaye du Mont St. Michel l'îlot de Jethou avec ses appartenances, que ledit Duc lui avait concédé. Restauld le fait à condition qu'il soit toujours considéré comme membre de ladite communauté.

(1) Probablement Robert Courte Heuze, mais si cette charte soit d'une date antérieure à 1088, nécessairement Robert le Magnifique.

Fin XIe siècle. **Ego**, Restoldus, nauclerus quondam Roberti Normannie comitis, divina inspiratione permotus, monachilem habitum diu valde que desideratum tandem suscepi. Quod factum jam dictus princeps piissimus Rotbertus gratanter accipiens quandam parvam insulam que vulgo Keteou [1] vocatur perpetuo michi possidendam contradidit. Hanc autem insulam cum omnibus que adquisita sunt a me in ea aut possidentur post mortem meam do Sancto Michaeli et fratribus sibi servientibus jure hereditario possidendam, ea videlicet conditione ut, factus particeps omnium elemosinarum ac benefitiorum que ipsi faciunt, ascribi et annumerari sim dignus eorum frater et socius in perhenni seculo.

[*MS. à la Bibliothèque d'Avranches intitulé* Cartularium monasterii S. Michaelis, N° 210].

N° 149.

Hugues, Evêque d'Avranches, lègue à l'abbaye du Mont St Michel les dîmes de la moitié de l'île de Guernesey, les revenus des églises et une charruée de terre, qui lui avaient été concédés pour le terme de sa vie par l'Abbé Suppon, à condition qu'il rendrait ces biens à l'abbaye par son testament.

Circa 1033–1042. **Novimus** fidelium moris esse etc. Quapropter et ego Hugo Abrincatensis civitatis grã Dei episcopus notum esse volo tam presentibus quam futuris omnibus quia decimam medie insule que dicitur Greneroi michi a domno abbate Suppone concessam dum advixero possidere eo tenore ac ratione ut post excessum meum eam Sancto Michaeli sibique famulantibus absque ullius successoris mei episcopi vel parentis aut heredis contradictione restituerem hanc inquam decimationem et exitus ecclesiarum terramque unius carruce et quicquid a predicto patre acceperam archangelo Michaeli et monachis meis fratribus et filiis uti prefixum est postquam terrestris domus mea hujus habitationis fuerit soluta absque ulla contradictione reddo quatinus edificationem habeam a Deo domum non manufactam eternam in celis. Quicunque ergo huic rei contraire sive successor sive parens sive heres noster conatus fuerit et aliquid harum rerum Sancti Mi-

(1) Dans un autre document du même Cartulaire orthographié Keitehuml.

chaelis que possedi usurpare sine voluntate monachorum voluerit a me et a presentibus fidelibus omni maledictionis genere anathematizatus et a sancta Dei ecclesia projectus cum Dathan et Abiron habeat sortem in penis infernalibus. Vt vero hoc scriptum inviolabiliter firmiterque teneatur manus mee subscriptione roboravi et circumsedentibus firmandum tradidi ✠.

[*Même MS.*]

N° 150.

Néel (du Cotentin) cède à fin d'héritage aux moines du Mont St. Michel une charruée de terre à Pleinmont en l'île de Guernesey, que son frère Hugues leur avait autrefois concédée. L'abbé Ranulf verse audit Néel la somme de dix livres (monnaie de Rouen) comme un gage confirmatoire.

Il est douteux que le donateur fût Néel II, qui avait été privé de son Vicomté du Cotentin en 1047 à cause de sa révolte ; s'il en était ainsi, c'est la seule mention de son frère Hugues.

Robert de Romilly, un des témoins à cette charte, était baron du temps de Guillaume le Conquérant.

Circa 1048–1068.

Notum sit omnibus fidem Sancte Trinitatis servantibus Niellum quendam de pago Constantio concessisse Deo et Sancto Michaeli jure perpetuo terram unius carruce in insula Greneroi loco qui dicitur Plemmunt quam olim Hugo ejusdem Nielli frater dum adviveret eodem modo dederat Sancto Michaeli et fratribus eidem Sancte ecclesie famulantibus. Deliberatione denique cum suis habita isdem Niellus Sancti Michaelis adiit limina atque in domni Rannulfi abbatis ejusdem loci ac monachorum cohorte multorum eciam laicorum utrarumque partium presentia nomine elemosine pro suorum peccaminum absolutione et anime salvatione supradictam terram Deo et Sancto Michaeli servientibus obtulit perpetualiter possidendam, eo tenore atque conditione ut habeant teneant possideantque absque omnium parentum suorum vel quorumcunque successorum contradictione. Dono eciam caritatis et confirmationis isdem abbas Rannulfus eidem Niello x. libras rothomagensium denariorum contribuit quo eadem donatio et confirmatio inconculsa stabilitate consistere possit. Hanc igitur oblationem huic sancto loco devote traditam si quis subtra-

hendo aliquatenus violare presumpserit a celesti patria seclusus et a sanctorum omnium collegio perpetim segregatus diabolo ejusque sociis commissus in perpetuis gehenne mittatur ignibus, ubi per infinita tempora crucietur. Amen. Isti sunt testes conventionis ex parte Sancti Michaelis Ilgerius prepositus,(1) Guilłmus Calcebuef, Osbernus Escollant, Garnerius canonicus, Bernardus canonicus, Hugo cubicularius, Adso, Ivo filius Restaldi. ✠ S. Nielli auctoris donationis. Testes partis illius S. Rotberti de Romille, S. Serlonis, S. Dodemani, S. Hunfredi.

[*Même MS.*].

N° 151.

Adelelm,(2) un des chevaliers du Duc Robert, donne aux moines du Mont St Michel le village de La Croix (entre Bevron et le Mont), et certaines terres, parmi lesquelles trois charruées en l'île de Jersey avec les droits y appartenant, à savoir : péage et usufruit. Adelelm avait reçu cette propriété en fief du Duc Robert. Le Duc Guillaume, Prince des Normands, fils de Robert, confirme ce don.

Circa 1050. **Predestinatione** omnipotentis Dei etc. Accidit quod Rotbertus nobilissimus Normannorum dux piissimi Richardi principis filius vicum Crucis qui situs est inter Buronem et montem Sc̃i Michaelis dedit in beneficium cuidam militum suorum nomine Adelelmo. Qui catholicus Dei aspiratione compunctus predicto principe mundanis rebus adempto apud ejus filium venerandi patris heredem dignissimum devotissime postulavit ut pro religione divina tam ad anime sue quam ad parentum suorum redemptionem et maxime abbate Suppone de rebus ecclesie promerente beneficium quod tenebat Sanctissimo Michaeli archangelo sibi liceret contradere. Videlicet predictam Crucis villam atque talia ejus membra, Vilers, Baleent, Sanctum Georgium, terram trium carrucarum in insula Gersoi cum omnibus que ad hec pertinent theloneo scilicet et toto terrarum usufructuario. Hanc igitur condonationem religiosus princeps et fieri

(1) Hilger, prévôt d'Ardevon ; voir N° 116.

(2) Il paraît certain que le nom d'Adam del Clivo ou de Sclivo, mentionné dans les N°s 57 et 58 (voir aussi N° 91) est une erreur pour Adelelmus ; peut-être " de Cruce ".

permisit et de sua parte fieri in perpetuum archangelo concessit, eo quidem tenore ut quicumque aliquatenus huic statuto presumpserit contraire Dei omnipotentis atque omnium sanctorum excommunicetur auctoritate. Hujus itaque cartule firmantium subscribuntur nomina testium. ✠ Ego Wiftmus Dei gr̃a Normannorum dux et princeps hanc donationis cartulam propria manu corroboravi et meis episcopis ac primatibus corroborandam tradidi. ✠ Signum Adelelmi militis hujus donationis largitor et auctor. ✠ Signum Beatricis uxoris ejus. ✠ Signum Rotberti filii ejus etc.

[*Même MS.*].

Nº 152.

Liste des pertes subies par les moines du Mont St Michel à cause des séquestrations opérées par le Roi Guillaume, qui comprennent les dîmes de la moitié de Guernesey avec le mélage et toutes lois épiscopales, (1) ainsi que les îles de Serk, Aurigny (2) et Herm ; tandis que le Duc Robert avait concédé aux moines la moitié de l'île de Guernesey, toute la dîme des églises de ladite île, toutes les églises, tout le mélage, toute juridiction épiscopale et les îles de Serk, Aurigny et Herm.

Post 1087. **Medietatem insule Guerneroi** dedit Sancto Michaeli comes Rotbertus et omnem decimam ecclesiarum ejusdem insule et omnes eciam ecclesias et totum melagium et omnes leges episcopales (1) et insulam que dicitur Serc et Alrene et Erm. Ex his rebus abstulit nobis Wiftmus rex Serc et Alrene et Erm. Et de prefate insule medietate abstulit nobis decimam et melagium et omnes leges episcopales. Abstulit eciam nobis villam que vocatur Cels (3) quam dedit Sc̃o Michaeli Nigellus senex quando monachus effectus est, et medietatem aque. Pro cujus rei concessu dedit prefato Guiftmo centum et Lta libras quas accepit Radulfus camerarius. Abstulit eciam nobis forum de Cruce et feriam et theloneum. Abstulit eciam nobis burgum de

(1) Un exposé de ce qu'étaient les lois épiscopales se trouve dans "Norman Institutions", par C. H. Haskins. 1918, pages 30—35.

(2) C'était peut-être vers cette époque que l'Abbaye reçut le fief de Noirmont à Jersey en échange de ses droits en Aurigny, (voir Nos 15 et 20).

(3) Céaux (Manche).

Bevron et feriam que nunc est apud Sanctum Jacobum et omnem moltam de Abrincatensi pago. Et in Holmo abstulit nobis unam domum. Et in Baiocis Sanctam Mariam de Poteria et terram iiij.or boum. Et tempore ejus perdidimus in valle de Rodhuil terram Bernardi patris Heldeberti abbatis et unum molendinum et unam piscationem et prata et linguam ballene et dextram alam.

[*Même MS.*].

N° 153.

Richard, fils de Robert Malmarche, par le conseil de Robert de Grentais, son oncle, rend à l'abbaye du Mont St Michel une certaine terre du Grand Moulin à Guernesey, comprenant les services d'un homme à l'égard de terre labourable et champêtre. Ledit Richard reconnaît qu'il avait injustement réclamé et tenu cette terre, pour quoi il avait été excommunié et interdit. Il se soumet à faire pénitence de ce tort. (Voir N° 91).

Circa 1155.[1] **Notum** sit omnibus tam futuris quam presentibus monachis in hoc loco degentibus quod ego Richardus filius Rotbi Malmarche[2] multum perhorrescens ob peccatorum meorum enormitatem eterni incendii gehennam iniquis et sceleratis sine fine preparatam atque gaudia celestis patrie fidelibus promissa oppido desiderans pro redemptione et salvatione anime mee necnon patris et matris mee et fratris et omnium antecessorum meorum absolutione quandam terram de molendino magno in insula videlicet de Guernereio Sancti Michaelis propriam, hominem scilicet unum cum toto tenore in terra et in viridario uno consilio avunculi mei Rotberti de Grentais et quorumdam amicorum meorum juste recteque consulentium eandem terram quam injuste calumpniabam et tenebam, pro qua etiam multociens excommunicatus et interdictus fueram, Deo et Sancto Michaeli Archangelo de Monte et monachis inibi die noctuque Christo domino servientibus in bona pace liberam et quietam dimitto, reddo et concedo. Hanc tamen terram pater meus Rotbertus calumpniaverat et per multos annos excommunicatus usque ad obitum

(1) Datée d'après les témoins Hugo Testa et Sanvalo; (voir Nos 117, 118).

(2) Mauxmarquis.

suum possedit tandem in semet reversus viamque universe carnis se iturum intelligens quod male et nequiter egerat emendare festinans quibusdam monachis qui ibi presto aderant prefatam terram reddidit et hoc filio suo fratri meo concedere fecit et pro hoc terre tumulationem promeruit. Ut igitur tenebrosi baratri perpetuos evadere possem cruciatus atque in celesti gloria angelicis merear adjungi civibus hanc redditionem publice in conspectu tocius capituli coram multis testibus tam clericis quam laicis per brachium Sancti Autberti propria manu mea gratulabundus super sacratissimum altare Beati Archangeli Michaelis posui. Deinde ante altare nudus in terram prostratus ac virgarum verbere nudus disciplinatus ab priore et monachis indulgentiam et absolutionem hujus insipientie mee gr͂a Dei patrocinante promerui. Insuper autem patrem meum et matrem et fratrem et omnes parentes meos et omnes coadjutores meos absolvere pecii quod et ipsi libenter fecerunt. Denique ipsi monachi ob recordationem et memoriam futurorum in testimonium utique virorum de caritate beati archangeli michi xv. solidos et Rotberto avunculo meo quinque solidos dederunt. Si quis autem heredum meorum huic donationi immo redditioni contraire voluerit cum Dathan et Abiron quos terra vivos absorbuit et cum Juda traditore Domini sit perpetue addictus maledictioni nisi citius resipuerit. Verumptamen ut hoc ratum et inconculsum permaneat manu mea sacro sancte Crucis signo confirmare studui adhibitis utrobique testibus quorum ista sunt nomina : Rotbertus de Grentais, Petrus de Verdun, Radulfus clericus de Pontabaudo. Ex parte monachorum Ruellen canonicus, Guill͞mus pulcra barba, Hugo Testa, Sanuualus et plures alii.

[*Même MS.*].

N° 154.

Lettre de Nicolas, Abbé du Mont St. Michel, nommant Guillaume Le Loreur (1) à la charge de Sénéchal de l'Abbaye dans l'île de Jersey pour maintenir et défendre les droits des Moines et du Prieur de St. Clément ; recevant dudit Prieur un salaire annuel de quatre livres.

(1) Sans doute membre de la famille, très importante au moyen âge, qui s'est établie à Maufant, St. Sauveur, Jersey.

1335. **Universis** hec visuris frater Nicolaus etc. Noveritis quod nos assensu unanimi facimus constituimus et ordinamus dilectum nostrum Guillm Le Loroor, clericum, senescallum nostrum in insula de Gerseyo ad placita nostra seu prioris nostri de Sancto Clemente vel alio quovismodo et ad omnia jura nostra et hominum nostrorum custodienda et defendenda et etiam ad omnia alia et singula facienda que potest et debet facere senescallus legitime constitutus, dantes et concedentes eidem quatuor libras annue pensionis percipiendas et habendas per manus prioris prioratus predicti quandiu nobis placuerit et dictum officium fideliter exercebit. In cujus rei testimonium etc. Datum anno Dñi millio cccmo tricesimo quinto die Martis in festo Sanctorum Jacobi et Christofori

[Registrum Litterarum sub sigillis nostris confectarum anno dñi mo ccco nono, *ledit registre faisant partie d'un volume manuscrit existant à la bibliothèque de la ville d'Avranches, No 211, et portant pour titre sur la couverture* Historiæ Mont. S. Michaelis, volumen majus].

No 155.

Lettre de l'Abbé du Mont St Michel promettant à Simon de St Martin, Recteur de St Sauveur, à Guernesey,[1] la survivance du prochain bénéfice disponible dans le diocèse de Coutances.

1320. **Universis** h. visuris frater Johannes etc. Notum facimus quod nos assensu unanimi promisimus et promittimus Symoni de Sancto Martino nunc rectori ecclesie Sancti Salvatoris in insula de Gerneroyo quod ipsum presentabimus ad primum beneficium vacaturam spectans ad nostram collationem quod in dyocesi Constanc. duxerit acceptandum ad que bona fide et inviolabiliter observanda nos et nostrum monasterium specialiter obligamus. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus aponendum. Datum die Mercurii post festum beate Marie Magdalene. Anno Dñi mo cccmo xxmo.

[*Même registre*].

(1) Au sujet de Simon de St Martin consultez Bull. de la Soc. Jer. vol. ix. pp. 58 et 59.

N° 156.

Bail des esperqueries de Guernesey (l'intitulé comprend celles de Jersey) à Michel de Gallart et Pierre de Garis pour cinq années consécutives à raison de 15 sols tournois pour chaque centaine de congres.

1313. **Universis** etc. Noveritis nos esperquerias nostras insule de Guernerreyo tradidisse ad firmam Michaeli de Gallart et Petro de Garriz usque ad quinque annos continue venturos incipiente termino ad pascha Domini proxime venturū pro quindecim solidis turoñ. quos predicti Michael et Petrus tenentur nobis solvere pro quolibet centum congrorum durante dicto termino ad festum Sancti Michaelis quolibet anno. Quod omnibus quorum interest significamus per presentes litteras nostro sigillo sigillatas datas anno Domini millesimo ccc^{mo} tercio decimo die Veneris in festo beate Margarete.

[*Même registre*].

N° 157.

Bail des esperqueries de Guernesey à Pierre de Gallart et Pierre de Garis pour cinq ans à raison de 15 sols pour chaque centaine de congres.

1319. **Die** Lune in festo Sancti Auberti tradidimus esperquerias Gerneroy Petro de Gallart et Petro de Garriz usque ad quinque annos incipiente termino ad pascha pro una centum congrarum xv. s. Datum anno Dñi m° ccc° xix.

[*Même registre*].

N° 158.

Lettre de procuration à Henri Hardi et Thomas de Vinchelez [1] pour agir pour l'Abbaye devant la Cour du Roî d'Angleterre et devant ses justiciers dans quelque lieu que ce soit.

1309. **Universis** etc. Notum facimus quod nos nostro et monasterii nostri nomine religiosum virum fratrem Henricum dictum Hardi

(1) Voir Rôle des Assises 1309, p. 213.

nostrum commonachum et Thomam de Winceleys clericum nostrum exhibitores presencium constituimus procuratores nostros et quemlibet eorum in solid. ita quod non sit melior condicio occupantis ad supplicationes et petitiones nostras faciendas et ad nostras libertates possessiones et jura nostra ostendend. agend. et deffendend. versus quoscunque in curia excellentissimi principis ac domini Regis Anglie et coram suis gentibus et justiciariis ubiqȝ. Dantes dictis procuratoribus etc. In cujus rei etc. Datum die Mercurii in festo Sancti Lamberti anno Dñi m° ccc° nono.

[*Même registre*].

N° 159.

Lettre nommant G. Rolland et T. le Breton comme procureurs de l'Abbaye.

1312. **Universis** etc. Nos conventus cum auctoritate et assensu abbatis constituimus G. et (*sic*) Rollandi et T. le Breton in insulis ad lucrandum et perdendum in omnibus et singulis causis et negociis nostris motis et movendis tam ex officio judicis quam al. etc. Datum anno Dñi m° ccc^{mo} xij° die Lune post festum omnium Sanctorum.

[*Même registre*]

N° 160.

Lettre nommant les moines Richard de St Martin, Jean Le Masurier dit d'Avranches et Guillaume dit le Fevre, comme procureurs de l'Abbaye et du Prieur du Valle, à Guernesey, afin de rentrer en possession du prieuré de St Clément, à Jersey. (Voir N°s 51 à 71)

1312. **Universis** ħ. visuris G.[1] et conventus etc. Noverint universi quod nos nostro ac monasterii nostri nomine viros religiosos fratres Riĉ. de Sancto Martino, Joħem Le Masuier alias de Abrincis et Guiłłm dictum Fabrum commonachos nostros exhibitores presencium nostros facimus constituimus et ordinamus procuratores et eorum quemlibet in solidum ita quod non sit melior condicio occupantis ad

(1) Abbé Guillaume.

obligand. nos monasterium nostrum ac prioratum nostrum de Vallia pro recuperatione Sancti Clementis in insula de Gersoyo existentis quibuscunque personis sub modo forma et quantitate quas viderint expedire si contingat dictum prioratum recuperari et super ħ litteras obligator̃. nostro nostrique monasterii nomine dandi et confitendi modo forma et condicione predictis coram quibuscunque et ubicunque. Dantes eisdem procuratoribus etc. In cujus rei testimonium presentes litteras nostro sigillo communi duximus sigillandas. Datum die Lune post oculi mei anno Dñi m° ccc° duodecimo.

[*Même registre*].

N° 161.

Lettre de nomination d'André de la Porte comme Prieur du Valle, à Guernesey, et comme procureur de l'Abbaye avec pouvoir de nommer des sénéchaux.

1335. **Omnibus** hec visuris frater Nicolaus permissione divina abbas monasterii Montis Sancti Michaelis etc. Notum facimus quod nos unanimi consensu facimus constituimus et ordinamus religiosum virum fratrem Andream de Porta commonachum nostrum presbiterum ac expresse professum priorem prioratus nostri de Vallia Constanč. dyoc. in insulis et administratorem bonorum dicti prioratus ad monasterium nostrum ratione dicti prioratus spectancium nostro et dicti monasterii nomine procuratorem generalem ac nuncium specialem &ca.

....

et per se seneschallum seu seneschallos in territorio nostro ad dicti prioratus instituendi etc. Actum in capitulo nostro anno domini M° cccmo tricesimo quinto die Mercurii ante festum apostolorum Petri et Pauli.

[*Même registre. Acte illisible en plusieurs endroits et rempli de surcharges*].

N° 162.

Concession par les moines du Mont St Michel à Pierre de Garis, clerc, marchand de Gascogne, de toutes les terres, rentes etc. à eux

concédées par feu Hamelin Estur dit de Fenil,(1) avec un autre champ appelé 'de contente change' ou le neuf clos situé dans la paroisse de Ste Marie du Câtel, à Guernesey, et ce à raison d'un paiement annuel de 60 sols tournois.

1309. **Omnibus** etc. Notum facimus nos utilitate monasterii nostri pensata ad finem et in perpetuum tradidisse et concessisse Petro dicto de Gariz clerico mercatori Vascon. omnes terras reditus panes capones et gallinas respectus et alia pertinentia ad nos et nostrum monasterium ratione Hamelini Estur alias de Fenil defuncti condonati nostri una cum alio clauso vocato de contente change alias le neuf clos quos habemus in parrochia beate Marie de Castro in insula Guerneroii pro sexaginta solidis turonensium parvorum nobis per manum prioris nostri de Wallia, qui pro tempore fuerit, quolibet anno ad festum Sancti Michaelis in Monte Gargano persolvendis. Acto et convento inter nos et ipsum Petrum in contractu predicto quod si contingerit ipsum Petrum decedere sine liberis de ipsius carne propria procreatis omnia et singula premissa prout superius sunt expressa absque reclamatione aliorum heredum suorum quorumcunque aut causam habentium ab eodem ad nos et nostrum monasterium revertentur et in perpetuum remanebunt. Si vero liberos de propria carne sua procreaverit et eisdem suis heredibus derelictis decesserit ad ipsos omnia premissa prout superius sunt expressa in perpetuum remanebunt. Ita tamen quod idem Petrus et etiam ejus liberi si quos ipsum habere contigerit annuatim servicia et redevancias consuetas ob premissa a nobis eidem tradita ut prefertur nobis aut priori nostro loco nostri et nostri monasterii faciet et impendet more aliorum tenencium ex feagio consimili sub nostra juridictione in insula predicta commorantium et tenemur ac promitimus dicto Petro premissa deffendere et garantizare ab omnibus et contra omnes secundum jus et consuetudinem predicte insule leggittime approbat. Et debet ac tenetur idem Petrus ac etiam ejus liberi, si quos ipsum habere contigerit, predictos sexaginta solidos turon. sub obligacione omnium bonorum suorum quolibet anno nobis aut nostro priori de Wallia solvere et reddere ad festum predictum. Et ad h. tenend. et fideliter observand. nos et nostrum monasterium obligamus. In cujus etc. Datum die Jovis post festum Sci Lamberti anno Domini m° ccc° nono.

[*Même registre*].

(1) Sans doute le même personnage qui figure dans la Charte N° 122.

Nº 163.

Cession à fin d'héritage par les moines du Mont St Michel à Guillaume Angot dit le Couturier d'une certaine maison avec le ménage y appartenant, située à la ville Baudu en la paroisse de St Michel du Valle, en l'île de Guernesey, entre la maison de Jaqueline et le ruisseau du marais du Valle, ainsi que d'une pièce de terre en la même paroisse dans le Jardin ès Follots, joignant à la terre de Guillaume la Mouche d'un côté et à la terre de Guillaume Follot de l'autre, en considération du paiement annuel d'une demie "nummata"[1] de froment à la St Michel, et de quatre pains et quatre chapons, à Noël.

1309. **Omnibus** hec visuris etc. Notum facimus quod nos concessimus et in feodum tradidimus Guillo Anguot alias le Cousturier quandam domum cum mesnagio eidem domui adjacenti continent. semen dimidie boysse sit. in parrochia Sancti Michaelis de Wallia in insula de Gernerre in villa Baudu inter domum Jaqueline ex parte una et rivum maresci de Wallia ex altera et unam peciam terre sitam in dicta parrochia in orto as Folloz juxta terram Guilli la Mousche ex parte una et terram Guilli Follot ex altera continent. dimid. boysse seminis reddendo inde nobis et successoribus nostris per manum prioris nostri de Wallia qui pro tempore fuerit dimidiam nummatam frumenti ad festum Sancti Michaelis in monte Gargano. Item quatuor panes et quatuor capones ad natale Domini annuatim tenenda et habenda omnia premissa dicto Guillo et heredibus suis pacifice et quiete per homagium et redditus supradict. nobis annuatim persolvend salvis redibenciis obedienciis et justiciis et retentis quas in feodis nostris in dicta insula constitutis hactenus habere consuevimus et etiam jure salvo penitus alieno. In cujus rei etc. Datum die Jovis post exaltationem Sancte Crucis anno Domini mº cccº nono.

[*Même registre*].

Nº 164.

Les franchises de l'Abbé du Mont St Michel en l'Ile de Guernesey.

(1) L'équivalence en argent d'une demie mesure de froment.

XIIIe siècle. Ci sont les franchises Monsr labbé du Mont Saint Mich. por Monsr a ses plez, ses hommages et ses ventes et ses forfaytures et les biens du forfait, pour quoy il vienge aincies que le Roy.

Item il a sa batalle et la veue de ses chemins apres la veue le Re ou Valle.

Item il a la suyte de ses esperqueries franchement de touz ses hommes resseans et si a la coustume du maquerel et du harenc aussi comme le Roy a de ses hommes.

Item il a sa garende en la cloison du Valle et de Lihou et de Guetehou franchement et a sa chace par tout le pais comme franc gentilhomme.

Item il a son vrec quite et les aventures de la mer par tout le Valle et en Guetehou et en Lihou par la veue le Roy, escepté or en plate, soie sans ouvrer, et escalate en mantel sans ataches ; et si a la quarte partie de tout le vreec et de toutes les aventures de la mer venantes par soy ou par ayde dautri en lisle de Guerneruye.

Item il a la suyte de ses moullins franchement et a son monnier, son prevost et son chir bordir,(1) franc de fumage : et si a le fumage de ses hommes de Lihou coylli par la main du ballif.

Item il a le cours de la Rousse mare et la moytie de la Clere ; et si a la moytie du maresc Dalebec et si a la grant escluse franche et le maresc du Valle.

Item il a ses chiers(2) plez III. fois lan enpres les chiers(2) plez le Roy, et meme le Roy III. fois lan o le dit abbe luy quint.(3) IIJ de cheval et IJ. de pie et ledit abbe o le Roy aussi.

[*Même registre*].

No 165.

1. En l'année 1156 Robert (de Torigni(1)) abbé du Mont St Michel, bailla la terre de Robert, fils Ranulf de Granville pour 6 ans.

(1) Chef bordier. (2) = Chef.

(3) Quinter = donner la cinquième partie d'une chose.

(4) Robert de Torigni (ou du Mont) fut abbé de 1154 jusqu'à sa mort en 1186. Une notice sur sa vie par Leopold Delisle se trouve dans la 2e vol. de la Chronique de Robert de Torigni. (Soc. de l'Hist. de Normandie 1873).

2. L'abbé étant à Jersey, investit Roger fils Ranulf comme moine ; et Osbern, son fils, bailla toute sa terre pour 6 ans à Ruelend (moine), qui gérait à Jersey la propriété du Mont St. Michel.

3. Philippe de Carteret (parent de Robert de Torigni) fit don à l'Abbaye de l'Eglise de St. Ouen à Jersey et de la chapelle de Ste. Marie (de Lecq) ; et Alain de Vinchelez fit don de sa chapelle. (Voir No. 35).

4. L'abbé, se rendant de Jersey à Guernesey, investit comme moine Guillaume Gaiun, prêtre de la chapelle St. George, et délivra possession de cette chapelle à Godefroi Vivier, en la présence de Richard le Moine, Vicomte du fief du Comte de Chester, à Guernesey.

5. L'abbé fit accord avec Raoul de Grantais au sujet de 15 quartiers de froment que celui-ci réclamait de l'église de St. Sauveur, à Guernesey. L'abbé lui donna 20 sols d'Anjou et ledit Raoul fit acte de renonciation de ses droits à ladite église en faveur de l'abbé.

6. L'abbé, revenant de Guernesey, amena avec lui Néel, fils Dreux, et l'investit comme moine ; lequel ainsi que son fils Gervais abandonnèrent toute réclamation qu'ils faisaient au sujet de l'église de St. Sauveur. L'abbé donna à Gervais une terre déserte. Néel et Gervais aussi firent don à l'abbaye d'une terre à St. Pair (Manche) que Thomas de Lesels tenait en gage.

7. L'abbé revendiqua de Thomas de Lesels ses droits à une terre que Néel et Gervais avaient donnée à l'Abbaye. En fin de cause l'abbé lui abandonna cette terre et Thomas donna à l'église de St. Michel le cens de ladite terre, i.e. 5 sols d'Anjou.

8. En l'année 1157 Guillaume, prêtre d'Yvetot, renonça à poursuivre son procès vers Robert, abbé du Mont St. Michel, au sujet des dîmes de la Perrelle à Guernesey. Lui et son frère (Alain) et son fils (Richard) sont parties à un accord par lequel ils recoivent de l'abbé et des moines un paiement de 13 livres d'Anjou.

ANNO M.o C.o L.o VI.o

1. Eodem Anno Robertus abbas invadiavit terram Roberti filii Ranulfi de Granvilla, usque ad vi. annos pro xii. libris cenomannensium. Testes Johannes fil. Bigoti, Rič. de Lesellis, Thomas frater ejus, Rualendus prepositus de Genez.

2. Eodem Anno Robertus abbas transfretans in insulam Gersoii fecit monachum Rogerum filium Rannulfi qui dedit unam acram terre ; et Osbernus, filius ejus, invadiavit omnem terram suam usque ad vi. annos pro xvij. libris andegavensium, Rualendo Monacho, qui servabat terram Sci Michaelis in eadem insula Testes Stephanus prepositus, Gisleb. Brito, Gisleb. de Hoga.[1]

3. Eodem Anno Philippus de Chartrai dedit Deo et Sancto Michaeli et Sancto Germano episcopo et martyri de Chartrai et Roberto abbati de Monte, cognato suo, ecclesiam Sancti Audoeni de Gersoi, et capellam Sancte Marie in eadem parrochia, et Alanus de Winceleis capellam suam. Testes : ipsi sibi invicem, Hamonius presbiter, Wills de Asneriis, Gisleb. de Hoga.[1]

4. Eodem Anno, Rob. abbas, de insula Gersoi in insulam Guernereii [transfretans], fecit monachum Guillm Gaiun, presbiterum capelle Sancti Gregorii,[2] et ipsam capellam tradidit abbas Godefrido Viver, et saisivit eum de clave ecclesie, vidente Ricardo Monacho, vicecomite terre Comitis Cestrie in eadem insula, qui Godefridus juravit ibidem fidelitatem abbati. Testes Robertus presbiter et decanus de Walo, Anschetillus prepositus, Gislebertus prepositus.

5. Eodem Anno Rotbertus abbas deliberavit ecclesiam Sancti Salvatoris de Guernereio, quam Radulfus de Grenteis habebat pro quindecim quarteriis frumenti et abbas dedit ei xx. solidos andegavensium : et ille Radulfus clamavit illam ecclesiam omnino quietam abbati. Testes Gislebertus prepositus de Valo, Anschetil prepositus, Jordanus de Nigro Monte.

6. Eodem Anno, Rotbertus abbas, rediens de insula Grennerii, adduxit secum Nigellum filium Drogonis, et fecit eum monachum ; et ipse et Gervasius filius ejus dimiserunt omnem calumpniam quam faciebant de ecclesia Sci Salvatoris ; et abbas dedit Gervasio quandam desertam terram juxta domum suam, et ille abjuravit ecclesiam et totam calumpniam quam habebat super illam. Dederunt etiam idem et Gervasius filius ejus terram quam habebant apud Sanctum

(1) Gilbert de la Hougue tenait le *Ministerium* de Gorroic à Jersey et le Vicomté de Guernesey en 1179 et 1180.

(2) *Lisez* Georgii. La chapelle St George sur le fief au Comte appartenait au Mont St Michel. (Voir No 10).

Paternum, quam Thomas de Lesellis habebat in vadimonium. Testes Robertus de Grenteis, Ricardus filius ejus, Petrus Viteclin, Gislebertus prepositus de Valo.

7. Eodem Anno, Rotbertus abbas de Monte misit in placitum Thomam de Lesellis de terra quam Nigelius et Gervasius dederunt Sčo Michaeli. Tandem ad hoc res ducta est quod abbas dimisit ei terram illam, et Thomas dedit ecclesie Sči Michaelis censum illius terre, scilicet v. solidos andegavensium. Testes Ruatt. Calcebof, Rag. Grandis, Rotb. Taphorel, Johannes filius Bigot.

ANNO M° C° L° VII°

8. Eodem Anno, Guill. presbiter de Ivitot causam quam adversus Rotbertum, abbatem Sči Michaelis de Monte, super decimam de PERRELLA, que est in Guernerrei insula, ingressus fuerat, coram Ricardo Constanciensi episcopo refutavit, et prefato abbati decimam illam, cum omnibus ejus pertinentiis, in terra et melagio, quietam adclamavit : et ipse et frater ejus Alanus et filius ejus Ricardus super Sanctum evvangelium unusquisque eorum juravit quod nichil in ea deinceps adclamarent. Receperunt etiam exinde, ex dono et gratia abbatis et monachorum, xiii. libras andegavensium, et alteri fratrum religionis suscepture concessum, eo retento ut secum deferat que tunc dinoscitur habere. Testes ex utraque parte : Ansgotus abbas de Lucerna, Osbernus cantor Constanciensis,[1] Philippus, Johannes, Guillmus archidiaconi, Rannulfus de Collevilla,[1] Thomas de Leisiaus,[1] Rotbertus Taforel, et alii multi tam clerici quam laici. Ex hoc fecit Ricardus Constanciensis episcopus cartam sigillatam Roberto abbati.

[*Extrait d'un manuscrit existant à la bibliothèque de la ville d'Avranches et intitulé* Cartularium monasterii S. Michaelis].[2]

(1) Cf : les témoins de la Charte N° 33. Pour de Lesels, voir Round, p. 266.

(2) Voir Leopold Delisle. Chronique de Robert de Torigni, Tome ii, p. 243 et suivantes.

N° 166.

Charte de Robert Patric et de Philippa de Rosel, sa femme, concédant à l'Abbaye du Mont St. Michel leur terre à Guernesey, qui appartenait à Hugues de Rosel, père de Philippa.[1]

Universis sanctae matris Ecclesiae filiis, ad quos presens 1176.
scriptum pervenerit, Robertus Patricius et uxor ejus Philippa salutem. Noverit universitas vestra quod nos dedimus et concessimus in puram et liberam et perpetuam elemosinam terram nostram de Gernereo, illam, videlicet, quae fuit Hugonis de Rosello, cujus corpus requiescit in cemeterio Montis, Deo et Sancto Archangelo Michaeli, et eidem archangelo famulantibus monachis, pro prenominati Hugonis anime salute et antecessorum suorum, et pro nostra nostrorumque salute. Facta est autem donatio ista et concessio super altare Sancti Michaelis, anno ab incarnatione Domini m c lxxvi. Ut autem donatio ista et concessio rata maneat et stabilis, dederunt Robertus, abbas et conventus Montis predicto Roberto Patricio et uxori ejus Philippe in caritate decem libras andegavensium. Testibus Radulfo Patricio, Guillelmo de Sancto Bricio, Radulpho Russello, Matheo clerico, Matheo chamberlenco, Guillelmo Berengero, et multis aliis, apud Montem.

[*Archives de la Manche ; avec le sceau de Robert Patric*].[2]

(1) Philippa de Rosel fit don au Prieuré de Plessis-Grimoult des églises sur son fief, (Round 192, 194) ; et à l'abbaye de Ste Marie d'Ardennes, de la terre située à Grouchy, Calvados, (Round 182).

Hugues de Rosel, fils Hugues, tenait les fiefs de Grainville, Grouchy et Rosel, dans le Bessin, (Round 155, 158), ainsi qu'un fief à Guernesey. (Voir N° 11).

A Guernesey il y avait le fief de Rosel en la paroisse de St. Pierre-port, et la Carruée Rosel, en la paroisse du Valle, sur le Fief St. Michel. C'est ce dernier fief qui fut sans doute donné par Philippa.

Une autre famille "de Rosel" tenait des terres dans le Cotentin à Les Pieux proche le village de Rosel (Manche). "Robert de Rosel, Hadusa, sa femme, et Raoul et Robert dit Malvesinus, ses fils", avant l'année 1136. (Delisle, Histoire de St. Sauveur-le-Vicomte ; Preuves 62, 79).

En supposant que Robert de Rosel, témoin à la Charte N° 34, appartenait à cette dernière famille, son rapport avec Jersey n'indiquérait-il pas que le Fief de Rosel à Jersey dérive son nom de cette famille ?

(2) Delisle, Chronique de Robert de Torigny. Tome ii, p. 310.

ABBAYE DE St. SAUVEUR-LE-VICOMTE.

No 167.

Charte de Néel le vicomte[1] concédant à l'Abbaye de St Sauveur-le-Vicomte ses privilèges et confirmant ses possessions.

On y lit : (1) Que l'Eglise de St Sauveur tient dans l'île de Jersey les églises de St Pierre, de St Clément et de St Hélier, avec la cinquième partie de la dîme des récoltes de toutes les églises de l'île ;

(2) Que Guillaume Thierry aumôna à l'abbaye deux acres de terre à Jersey pour le salut de son âme et de l'âme de Baudouin son fils ;

(3) Que le prêtre Ranulphe donna six acres de terre (dans la paroisse de St Pierre à Jersey) ;

(4) Que Néel donna à l'Abbaye la terre en Guernesey tenue par Anquetil fils Grimoud ;

(5) Que le prêtre Toustain donna à l'abbaye une terre qu'il possédait à Jersey, *popans animas*, laquelle donation eut lieu en présence, *inter alios*, du prêtre Geoffroy, son neveu ;

(6) Que Guillaume, le gendre de Guernac, donna à l'Abbaye la la dîme d'un certain moulin à Guernesey.

Circa 1090.

In nomine Sancte Trinitatis et individue. Ego Nigellus vicecomes concedo et auctoritate sigilli mei confirmo abbatie Sancti Salvatoris et monachis ibidem Deo servientibus omnem decimam ejusdem ville, de annona et pecunia, et ecclesiam Sancti Johannis ubi parrochia colligitur, ut eam habeat in suo dominio. Concedo etiam ut abbatia sit libera et quieta ab omnibus consuetudinibus episcopalibus et aliis que ad me pertinent. Concedo iterum eidem abbatie omnem decimam de pasnagio et de venatione et de omnibus consuetudinibus silve, similiter et de silva Selessuef et de maresc, et de silva, ad suum opus, scilicet ad suum ignem jacens nemus et stans siccum, et materiam ad suum herbergament[um] ita convenientersicut ego ipse habeo. Et quia in meo molendino sine moltura et loco monachi molere solent, do eis proprium molendinum cum tercia parte aque. Quod si aliquo infortunio molere non poterint, sine moltura molant ad meum molendinum. Et de pescheriis quas habeo in

(1) Néel II, mort en 1092.

meo dominio in aqua que vocatur Unva, et de aliis pescheriis quas homines de me tenent, concedo eis decimam, usque ad eum locum qui vocatur Longa Racha et de foro, et de nundinis, et ducentas quadraginta acras terre in villa Sancti Salvatoris et tres pescherias in aqua que vocatur Unva. Hec omnia confirmo scripto et sigillo, et ea que secuntur ex dono bonorum hominum. Osulfus Broc dedit duas partes decime sue ; Guillelmus de Aauvers filius Helgi dedit decimam de molendino de Novavilla de sua parte et in Ingulvilla duas partes decime de tribus vavassoribus ; Willelmus filius Hastench dedit ecclesie Sancti Salvatoris quartam partem de silva Segie concedente Nigello vicecomite ; Robertus de Aauvers et Guillelmus filius Turgisi dederunt abbatie Sancti Salvatoris totum quod tenent in ecclesia de Aauvers ; et decimam de uno molendino in villa Tornebosc dedit Robertus de Aauvers ; decimam quoque omnis terre sue quam tenent in Aauvers cum tribus bordariis dederunt. Ricardus Mala Bestia dedit omnis terre sue decimam quam tenet in Aauvers. In Freevilla tenet ecclesia Sancti Salvatoris terram ad unum aratrum, et duas acras de prato, et decimam ecclesie totius illius parrochie cum terra elemosine sue. In Trahelvilla tenet ecclesia Sancti Salvatoris terram ad unum aratrum et de duobus molendinis decimam et duas partes decime de omnibus rusticis, scilicet de carbis et de lino et unam acram de prato. Et Griffadus de eadem villa presbiter dedit tres acras terre et omnem decimam de suo dominio. Ecclesiam Sancti Germani de Mari cum decima omnis parrochie, et terram ad unum aratrum, et unam acram de prato dedit Hugo monachus Sancto Salvatori concessu Nigelli vicecomitis. In Treauvilla dedit Willelmus dapifer decimam unius molendini. Similiter Willelmus de Joganvilla dedit decimam unius molendini. Willelmus Baart dedit decimam molendini de Benedicta villa. Rodulfus Falcheman et Willelmus Baart dederunt decimam unius molendini quod inter se tenebant. Et vavassores de Flamenvilla decimam dederunt unius molendini. Rualonus de Grocei dedit Sancto Salvatori in Hoivilla de sua decima duas partes, quam tenet de Radulfo de Mairie. Osbertus Grosbec dedit decimam omnis terre quam tenebat in eadem villa. Ecclesia Sancti Salvatoris tenet in insula de Gerseio tres ecclesias scilicet ecclesiam Sancti Petri et Jersey.
Sancti Clementis et Sancti Helerii et quintam partem decime annone

aliarum omnium ecclesiarum que sunt in eadem insula. Willelmus Theodorici dedit in elemosina abbatie Sancti Salvatoris duas acras terre in prefata insula de Gerseio pro anima sua et pro anima Balduini filii sui. Ranulfus presbiter dedit sex acras terre. In Escaldavilla tenet ecclesia Sancti Salvatoris terram ad unum aratrum et unam acram de prato et decimam totius parrochie et ecclesiam cum terra elemosine sue. Terram totam Anschetilli Tortebarbe, que est in Novavilla. Et unum molendinum tenet ecclesia Sancti Salvatoris sicut Nigellus ei donavit. Et in eadem villa dedit Nigellus Sancto Salvatori terram Roberti vavassoris, et triginta acras terre quas tenebat Hunfridus Estricart et alias triginta acras quas tenebat Anslech Graverenth. In villa que vocatur Radulfi dedit Nigellus Sancto Salvatori terram quam tenebat Anschetillus filius Grimoldi et quam tenebat in insula que vocatur Guernerui. In Henevilla tenet ecclesia Sancti Salvatoris terram ad unum aratrum et decimam totius parrochie et ecclesiam ejusdem ville cum terra elemosine sue et unam acram de prato et decimam unius molendini. Dimidiam decimam Osmundiville dedit Roigo Sancto Salvatori et decem et octo acras terre in Bernardivilla concessu Eudonis vicecomitis. Ecclesiam de Tornebusc cum uno vavassore et decimam totius parrochie dedit Eudo vicecomes, concessu Henrici comitis. Ecclesiam de Glatiniaco dedit Eudo vicecomes Sancto Salvatori cum decima ejusdem parrochie. In villa que dicitur Columba tenet ecclesia Sancti Salvatoris terram ad unum aratrum cum uno vavassore et decimam de foro ejusdem ville et decimam de pasnagio et decimam omnium rusticorum ejusdem parrochie et decimam unius molendini. In Escalde villa dedit Eudo vicecomes decimam unius molendini. Similiter in Estrei decimam dedit unius molendini. Bernardus Vetula dedit Sancto Salvatori decimam de uno suo molendino de sua parte. In Buevilla dedit Nigellus vicecomes unum vavassorem. In Nova villa dedit Robertus de Belgavilla quadraginta acras terre. In Clarebec dedit Ricardus Baart triginta acras terre. Nigellus vicecomes dedit Sancto Salvatori Ricardum de Podiis cum sua ecclesia et cum omni terra quam de illo tenebat. In Magnavilla dedit Carbonnel decimam unius molendini et decimam terre quam tenebat de vicecomite. In Butevilla dedit Ricardus presbiter Sancto Salvatori ecclesiam suam cum decima ejusdem parrochie. Ro-

Guernesey.

bertus Capfrei dedit decimam unius molendini. Ranulfus de Poiis dedit in Golnobusc terram quam tenebat in eadem villa. Teste Radulfo de Belgavilla et Rogero camerario et Roberto Foliot, Unfrido de Lesvino, Willelmo Baart, Carbonnel. Paganus de Guelebon, monachus noster, dedit Sancto Salvatori terram de Novavilla que est in honore Girardi de Gornaiacho. Testibus Gaufrido sacerdote de Aauvers et Willelmo Gradario filio Anscheri filii Grimon et Gaufrido pistore nostro, et Unfrido mercatore. Turstenus sacerdos papans animas dedit terram quam habebat in insula Gersoi Sancto Salvatori, hominibus prope suprascriptis existentibus testibus, et Ranulfo sacerdote, et Gaufrido sacerdote, nepote ejusdem Tursteni, et Willelmo sacerdote de Catevilla similiter testibus. Willelmus Helgi filius de Alvers dedit ecclesie Sancti Salvatoris quicquid habebat in ecclesia ejusdem ville, Alvers scilicet, concedente domino suo Eudone vicecomite, Ricardo Malabestia existente teste ex sua parte et ex nostra Rogero camerario, Unfrido de Lesvino et Unfrido de Perceio. Willelmus gener Guernac dedit abbatie Sancti Salvatoris decimam cujusdam molendini in insula Guerneroi, et quicquid habebat in ecclesia Boteville ; et Godefridus de Grocei similiter quicquid habebat in eadem ecclesia concessit, ita ut ab eo cognoscatur. Sciendum est quod Rogerus camerarius dedit terram suam quam habebat in villa Sancti Salvatoris abbatie et monachis ejusdem ville et illam quam habebat in villa que dicitur Columba que est de feudo Nigelli vicecomitis. Testibus ex parte monachorum : Sellone carpentario et Willelmo fratre ejus, Angoto coco, Willelmo Docto et Petro clerico ; ex parte vero camerarii Willelmo Aszoni filio, Anschetillo de Treievilla, Rogero sacerdote de Caunvilla. Sciendum est presentibus et futuris quod Nigellus monachus Giroldiville concessit abbatie Sancti Salvatoris ecclesiam Sancti Martini, supradicte ville scilicet, Briennio filio suo concedente perpetualiter si sine filiis sponse moreretur, cum omnibus suis, quod factum est in capitulo Sancti Salvatoris ubi societatem suam accepit. Testibus Eudone vicecomite, Rogero camerario, Ansellino clerico et aliis multis.

Jersey.

Guernesey.

[*Cartulaire de St. Sauveur-le-Vicomte. Archives de La Manche*].

No. 168.

Charte notice du commencement du 12e siècle (Archives de la Manche) relatant les donations faites à l'Abbaye de St. Sauveur.

Nous ne reproduisons pas ce document, d'autant que la partie concernant les Iles est presque mot pour mot la même que le No. 167, à l'exception qu'après les mots *omnium ecclesiarum*, suivent les mots, *que sunt in illa insula ex tempore Ricardi comitis et Nigelli vetuli vicecomitis.*

No. 169.

Charte notice constatant diverses donations que l'Abbaye de St. Sauveur reçut au 11e et au 12e siècle, et qui furent confirmées par Roger le Vicomte (1) et par Algar, évêque de Coutances.

Il est porté que Roger de Sotevast donna l'église de St. Brelade de Jersey avec toute la dîme de la paroisse pour l'âme de Raoul, son père, enterré dans l'Abbaye de St. Sauveur : que plus tard Guillaume de Magneville, son frère, pour la mort de Simon de Mari, confirma cette donation en présence de Néel le Vicomte et de Roger, son frère ; qu'ensuite Jean, son fils, le filleul des moines, confirma cette même donation durant la vie et après la mort de son père ; que l'abbé Onfroy et les moines donnèrent au même Jean le haubert de Ranulphe Carbonnel.

[*Ce document est très long et nous n'imprimons ici que la partie qui a rapport à l'île. Le texte en entier a d'ailleurs été publié par Leopold Delisle, à l'appendice de son Histoire du Château et des Sires de St. Sauveur-le-Vicomte, à la page 59*].

Circa 1136. **Notum** sit omnibus hanc cartam legentibus et audientibus quod ecclesia Sancti Salvatoris est libera ab omnibus episcopalibus consuetudinibus a tempore vetuli Ricardi comitis et Rogeri vicecomitis etc. Rogerus de Sotevast dedit abbatie Sancti Salvatoris ecclesiam Sancti Broelii de Gersoi, cum omni decima ejusdem ville, pro anima patris sui Radulfi, qui in eadem abbatia sepultus est. Postea Willelmus de Magnavilla, frater ejus, pro morte Symonis de Mareio, hanc donationem, presente Nigello vicecomite et Rogero fratre suo, concessit et confirmavit propriaque manu super altare posuit. Deinde Johannes, filius ejus, et filiolus omnium monacho-

(1) Roger, le dernier vicomte de la famille des Néel dans la ligne masculine, mort en 1137—8.

rum, hanc donationem in vita patris sui et post mortem ejus concessit et confirmavit. Dominus vero Unfridus abbas et monachi eidem Johanni [loricam ?] Ranulfi Carbonelli dederunt. Teste Avenello et Roberto Monacho filio Anscheri. .... Has quoque donationes supradictas omnes ipse Rogerus vicecomes proprio ore sic confirmavit dicens. Ego Rogerus vicecomes has predictas elemosinas confirmo tam ore proprio quam sigillo in presentia Algari Constanciensis episcopi qui omnes supradictas elemosinas contradicentes et diripientes sub anathemate proprio nisi resipiscant posuit.

[*Cartulaire de l'abbaye de Saint Sauveur-le-Vicomte*].

Nº 170.

Charte de Henri II prenant sous sa protection l'Abbaye de St Sauveur et lui confirmant ses privilèges et ses possessions. Il confirme, entr'autres, toutes les églises que tient l'abbaye dans l'île de Jersey, à savoir : l'église de St Brelade avec cinq parties de la dîme et les terres y appartenant ; l'église de St Pierre du Désert avec la moitié de la dîme, les terres et les aumônes, et dans la même paroisse, du don de Simon de la Hague, une terre d'une charrue et la terre donnée par le prêtre Ranulf ; l'église de St Hélier avec la moitié de la dîme avec les terres et les aumônes ; l'église de St Clément avec cinq parties de la dîme et les terres et les aumônes, et dans la même paroisse du don de Guillaume d'Asnières(1) une mine(2) de froment ; l'église de St Jean des Chênes avec la chapelle de Ste Marie de Bonnenuit et les terres et les aumônes appartenant à l'église et à la chapelle, et dans la même paroisse une terre d'une charrue du don d'Eude de Sottevast, terre tenue par les Hordellons ; et dans toutes les autres paroisses de l'île la sixième partie des gerbes.(3)

Henricus Dei gracia Rex Anglorum et Dux Normannie et 1160–1170. Aquitanie et Comes Andegavie, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis totius terre sue citra mare et ultra salutem. Sciatis quod ego habeo in manu et protectione mea sicut meam dominicam abbatiam Sancti Salvatoris de Constantino cum omnibus rebus et

(1) Témoin des donations faites par Philippe de Carteret en 1156 (v. Nº 165), et par Jourdain de Barneville 1151—1179 (44me Bull. Soc. Jer., p. 42).

(2) Mesure de froment, qui variait entre 4, 5 ou 6 boisseaux.

(3) Cette charte est imprimée *in extenso* par Delisle, *op. cit.* p. 73.

possessionibus eidem abbatie pertinentibus sicut presens carta in
Jersey. subsequentibus declarat. .... Concedo et confirmo omnes ecclesias quas predicta abbatia tenet in insula de Gerseio, videlicet totam ecclesiam Sancti Broelarii cum quinque partibus decime, et cum terris eidem ecclesie pertinentibus : totam ecclesiam Sancti Petri de Deserto cum medietate decime et terris et elemosinis eidem ecclesie pertinentibus, et in eadem parrochia de dono Symonis de Haga terram ad unum aratrum et terram quam dedit Rannulfus presbiter : totam ecclesiam Sancti Helerii cum medietate decime et cum terris et elemosinis eidem ecclesie pertinentibus ; totam ecclesiam Sancti Clementis cum quinque partibus decime et terris et elemosinis eidem ecclesie pertinentibus, et in eadem parrochia de dono Willelmi de Hasneriis unam minam frumenti ; totam ecclesiam Sancti Johannis de Quercubus cum capella Sancte Marie de Bona Nocte, et terris et elemosinis ecclesie et capelle pertinentibus, et in eadem parrochia terram ad unum aratrum de dono Heudonis de Sotevast quam tenent Les Hordellons : et in omnibus aliis [parrochiis] ejusdem insule sextam partem garbarum. .... Testibus ejusdem his Ricardo Constanciensi episcopo, Johanne filio Luce, Jordano Taxone, Willelmo de Vernone, Ricardo de Haia, Hengugier de Bohon, Hosber de Hosa, Apud Cesarisburgum.

[*Cartulaire de Saint Sauveur-le-Vicomte. Archives de La Manche*].

Nº 171.

Charte de Henri II. donnant et confirmant à l'abbaye de St. Sauveur divers privilèges et diverses possessions. Il confirme, *inter alia*, la donation faite par Guillaume Soin ou Suen de sa terre de La Lutumière et de la terre qu'il possédait dans la paroisse de St. Jean, à Jersey et de la troisième partie d'Anneville (Manche). Les témoins sont Thomas Becket, Chancelier (plus tard Archevêque de Cantorbéry), Richard de Bohon, évêque de Coutances, et Guillaume fils Hamon, probablement le fondateur de l'Abbaye de St. Hélier.

1154–1162. **Henricus** Rex Anglorum et Dux Normannorum et Comes Andegavorum et Aquitanorum archiepiscopis, episcopis, comitibus, baronibus, vicecomitibus et omnibus fidelibus suis Francis et Anglis

salutem. Sciatis me dedisse et concessisse Deo et abbatie Sancti Salvatoris de Constantino omnem quietantiam pro anima Gaufridi patris mei de omnibus rebus propriis ejusdem ecclesie ubique per totam terram meam et in portubus maris et in omnibus mercatis meis et nundinis et civitatibus et castellis et villis, et do eis pasnagium suum de propriis suis in omnibus haiis et nemoribus meis hanc quietantiam eis concessi de propriis suis rebus in theloneis et in omnibus aliis consuetudinibus michi pertinentibus. Item do illis et predicte abbatie ut habeant molendinum ad Sanctum Petrum de Lutumeria in perpetua elemosina. Concedo iterum monachis apud ipsum Sanctum Petrum Deo servientibus ut habeant de ipsis haiis ligna ad monasterium et molendinum et domos suas omnes tenendas et pasnagium suum et omnes consuetudines suas quietas omnium possessionum suarum. Iterum do et concedo eidem abbatie Sancti Salvatoris ut habeant mercatum perpetualiter apud sanctam Mariam de Podiis die quo voluerint in ebdomada ita ut ab omnibus in illo vendentibus et ementibus rectas et plenas consuetudines accipiant. Concedo iterum et do eidem abbatie in perpetuum possidendam omnem greveriam meam de Torgistorp et quietam facio a consuetudine thesauri aliis que consuetudinibus michi pertinentibus pro salute mea in perpetuum. Concedo eidem abbatie ecclesiam Sancte Marie de Hulmo. Concedo etiam et confirmo donum Guillelmi Soini quod fecit eidem abbatie de terra sua de Lutumeria, de terra quam habebat in insula de Gerseio in parrochia Sancti Johannis et de tercia parte de Anslevilla. Concedo et do predicte abbatie singulis annis nundinas ad festivitatem Sancti Michaelis de Torgistorp et ad festivitatem Sancti Georgii et in quarta feria Rogationum ita ut capiant plenas consuetudines ab omnibus vendentibus et ementibus. Concedo et do predicte abbatie iterum nundinas ad Sanctum Leodegarium et in silva de Verneio ad ignem monachorum ejusdem loci de mortuo bosco singulis diebus. Concedo iterum donum quod fecit Robertus de Valumpniis de feodo Rogerii et de meo. Similiter do et confirmo eidem abbatie de Sancto Salvatore ecclesias de Bruis et de Couvilla et Sancti Martini Le Girat et de Sancto Christoforo; hiis testibus Thoma cancellario, Ricardo Constantiensi episcopo, Willelmo Hamonis filio.

Jersey.

[*Cartulaire de Saint Sauveur-le-Vicomte. Archives de La Manche*].

N° 172.

Charte (1156–1162) de Henri II donnant et confirmant à l'Abbaye de St. Sauveur divers privilèges et diverses possessions, parmi lesquelles se trouvent le don de Guillaume Soin ou Suen de la terre de La Lutumière près de Brix et une terre à St. Jean des Chênes en Jersey.

[*Cette charte, dans les Archives de la Manche, est presque identique au N° 171, et nous n'avons pas cru utile de la reproduire*].

N° 173.

Charte de Henri II, daté d'Argentan, donnant et confirmant à l'Abbaye de St. Sauveur divers privilèges et diverses possessions.

NOTE.—Cette charte, et les Nos 175 et 176, forment partie d'un groupe de chartes falsifiées au 16e siècle par les moines de St. Sauveur pour justifier leurs droits sur les dîmes novales des paroisses. Nous imprimons la partie interpolée entre crochets, croyant qu'il serait intéressant de démontrer les supercheries auxquelles les moines osaient avoir recours. Consultez au sujet de ces chartes : Introduction au Recueil des Actes de Henri II par Léopold Delisle, pp. 322–325.

1171. **Henricus** Rex Anglorum, Dux Normannorum et Aquitanorum et Comes Andegavorum, omnibus archiepiscopis, episcopis, comitibus, vicecomitibus, baronibus et omnibus fidelibus suis Francis et Anglis salutem. Sciatis me dedisse et concessisse Deo et abbatie Sancti Salvatoris de Constantino et monachis ibidem Deo servientibus omnem quietantiam pro anima Gaufridi patris mei atque Henrici avi mei de omnibus rebus et de werech et maxime apud Hantoniam de pontagio et rebus propriis ejusdem ecclesie ubique per totam terram meam in portubus maris et in omnibus mercatis meis et nundinis et civitatibus villis et castellis et similiter do eis pasnagium suum de propriis suis in omnibus haiis et nemoribus meis ; hanc quietantiam eis concessi de propriis suis in theloneis et in omnibus aliis consuetudinibus mihi pertinentibus. Iterum do et concedo monachis apud Sanctum [Petrum] de Lutumeria Deo servientibus ut habeant perpetualiter in elemosina de ipsis haiis ligna ad monasterium et domos suas tenendas et pasnagium suum et omnes quietudines suas quietas omnium possessionum suarum. [Iterum sciatis me dedisse, concessisse et confirmasse in antea sicut do, concedo et confirmo in presen-

tiarum eidem abbatie omnes donationes quas fecit Eudo vicecomes ecclesiam videlicet Sancti Germani de Tournebut et decimam totius parrochie cum uno vavassore. Concedo etiam et confirmo donum Willelmi Suen quod ex suo impendit terram videlicet suam juxta Bruis et terram quam habebat in parrochia Sancti Johannis de Quercubus in insula Jersoii. Iterum do, concedo et confirmo predicte abbatie ecclesias de Bruis et totam terram de Castello que est ab ecclesia usque ad caput nemoris et ecclesiam Sancti Martini Le Greard et ecclesiam Sancti Christofori cum omnibus terris et elemosinis eidem ecclesie pertinentibus et ecclesiam de Couvilla cum omnibus decimis veteribus et novalibus seu novalium decimis. Similiter do et eidem abbatie confirmo sicut dedi antea et confirmavi omnia dona que intuitu misericordie fecit predicte abbatie Algarus episcopus. Dona autem predicti Algari hec sunt: in parrochia de Direch donavit ecclesiam et decimas veteres et novales. Iterum donavit ecclesias de Podiis, de Treavilla, de Grouvilla, de Briquebosc, de Hennevilla, de Tournebut, de Levilla, de Sancto Herblando, de Alvers, de Goio, de Sancto Remigio, de Sancto Johanne de Silva, de Sancto Broelario, de Sancto Clemente, de Columba, de Sancto Johanne de Sancto Salvatore cum omnibus decimis veteribus et novalibus et omnibus ad eas pertinentibus. Has omnes donationes ego Henricus Rex do et concedo predicte abbatie Sancti Salvatoris de Constantino pro anima patris mei Gaufridi et Regis Henrici avi mei. Testibus Richardo de Hommet, Willelmo Hamonis filio, Jordano Tasson et multis aliis. Hec charta facta apud Argentonium anno Domini millesimo centesimo septuagesimo].

[*Cartulaire de Saint Sauveur-le-Vicomte. Archives de La Manche. Texte authentique, fol. ii. verso N°. 5. Copie interpolée fol. LXXXVII. verso.*]

N°. 174.

Bulle du pape Innocent IV, datée de Lyon le 14 Décembre 1250, confirmant à l'abbé et aux religieux de St. Sauveur leurs possessions, parmi lesquelles les églises de St. Brelade, de St. Jean des Chênes, de St. Pierre, de St. Hélier et de St. Clément, en l'île de Jersey, avec leurs dîmes et tous leurs revenus; la chapelle de Ste. Marie de Bonnenuit; les dîmes dans les paroisses de St. Sauveur, de la Trinité, de St. Laurens, de Ste. Marie, et de St. Martin.

[*Cette bulle est très longue. Nous imprimons la partie du texte qui concerne l'île*].

1250, Déc. 14. **Innocentius** episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis abbati monasterii Sancti Salvatoris vicecomitis ejusque fratribus tam presentibus quam futuris religiosam vitam professis in perpetuum.

....

Preterea quascunque possessiones quecunque bona idem monasterium impresentiarum juste ac canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis prestante domino poterit adipisci firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. ....

Ecclesiam de Bruis cum duabus capellis eidem ecclesie adjacentibus cum decimis redditibus et omnibus pertinentiis earundem, Sancti Michaelis de Torgistorp, Sancti Petri de Lutemaria, Sancti Leodegarii, Sancte Marie de Bona nocte et de sella suavi capellas cum redditibus, decimis et omnibus pertinentiis earundem. ....

In insula Gersoy Sancte Broelarii, Sancti Johannis de Quercubus, Sancti Petri, Sancti Elerii et Sancti Clementis ecclesias cum decimis, redditibus et omnibus pertinentiis earundem. ....

Decimas quas habetis in parrochiis ecclesiarum Sancti Salvatoris, Sancte Trinitatis, Sancti Laurentii, Sancte Marie et Sancti Martini de insula Gersoy.

[*L'original aux Archives de La Manche*].

N° 175.

Charte d'Algare, évêque de Coutances, confirmant à l'Abbaye de St. Sauveur, entr'autres, les églises de St. Brelade, de St. Jean des Chênes, de St. Pierre du Désert, de St. Hélier et de St. Clément.

NOTE.—Le texte est imprimé avec les interpolations du 16e siècle entre crochets. L'original existe à la Bibliothèque Nationale et un *vidimus* donné sous le sceau de l'officialité de Coutances en 1286 se trouve aux archives de la Manche.

Circa 1140. **In** nomine Sancte et individue Trinitatis ego Algarus Dei gracia Constanciensis episcopus ecclesiam de Treauvilla abbatie de Sancto Salvatore et monachis ibidem Deo servientibus concedo cum terra eleemosine et omnibus [decimis veteribus et novalibus] ad eandem ecclesiam pertinentibus; ecclesiam quoque Sancti Germani de Direte cum terra et omnibus ad eam pertinentibus, capellam Sancti Michaelis

que est in ipsa parrochia cum omnibus que ad eam pertinent, dimidiam ecclesiam Sancte Marie de Podiis cum terra et decimis que ad eandem medietatem pertinent, et ecclesiam Sancti Martini de Gerouvilla cum terra et omnibus decimis grossorum fructuum et novalium et omnibus ad eam pertinentibus [et ecclesiam Sancti Germani de Tournebusc cum uno vavassore et decimis veteribus, novalibus et omnibus ad eam pertinentibus] et ecclesiam Sancti Michaelis de Brichebo cum terra et omnibus que ad eam pertinent, et ecclesiam Sancti Martini de Hainevilla cum terra [et decimis veteribus et novalibus] et omnibus ad eam pertinentibus et ecclesiam Sancti Germani de Tornebu cum terra et omnibus ad eam pertinentibus et ecclesiam Sancti Elmelandi cum terra et omnibus que ad eam pertinent, et ecclesiam Sancti Martini de Levilla cum terra et omnibus ad eam pertinentibus. [Ecclesiam quoque Sancti Petri de Fontaneto de supravada pro media parte cum feudo, decimis veteribus et novalibus seu novalium decimis et omnibus ad eandem mediam partem et feudum pertinentibus], ecclesiam quoque Sancti Stephani de Alvers cum terra et omnibus [decimis] que ad eam pertinent, et ecclesiam Sancti Martini de Gois et capellam Sancti Medaldi cum terris, [decimis] et omnibus que ad eas pertinent, [ecclesiam quoque Sancti Sansonis de Ansnevilla cum omnibus decimis veteribus novalium quoque et omnibus que ad eandem ecclesiam pertinent]. Ecclesias etiam Sancti Remigii et Sancti Christofori de Landis cum terris, [decimis] et omnibus ad eas pertinentibus, et ecclesiam Sancti Johannis de Silva [de Taillipodio] cum terris [decimis novalium] et omnibus [ceteris] que ad eam pertinent.

Jersey. In insulis vero de Gersai ecclesias Sancti Broelani et Sancti Johannis de Quercubus et ecclesiam Sancti Petri de Deserto et ecclesiam Sancti Elerii et ecclesiam Sancti Clementis cum terris et eleemosinis et omnibus que ad eas pertinent. Et ecclesiam Sancte Marie de Columba cum terra et omnibus que ad eam pertinent, ecclesiam etiam Sancti Johannis de Sancto Salvatore cum terris [et decimis majoribus veteribus et novalium] et omnibus que ad illam pertinent. Dimidiam ecclesiam Sancti Audoeni de Catevilla cum omnibus [majoribus et novalibus vel novalium decimis et aliis omnibus] ad eam pertinentibus. Hec omnia prefate abbatie concedo et sigilli munimento corroboro. Si quis itaque cartam istam quoquo modo violare presumpserit Sancti Salvatoris omniumque sanctorum indignationem sustineat. Hujus rei testes

sunt Rogerus archidiaconus, Osbernus cantor, Gislebertus archidiaconus, Radulfus archidiaconus, Philipus archidiaconus, Ricardus archidiaconus de insulis,[1] Tiecelinus, Simon filius Johannis, Willelmus filius archidiaconi, Thomas de Haia, Willelmus filius decani, Johannes de Perers, Nicolaus canonicus.

[*Cartulaire de Saint Sauveur-le-Vicomte. Archives de La Manche. Fol. LXII verso*].

N.° 176.

Charte de Guillaume, évêque de Coutances, datée de S.t Lô en 1185, confirmant les dons à l'abbaye de S.t Sauveur de diverses églises déjà confirmés par l'évêque Algare et le Roi Henri II, et au nombre desquelles sont les églises de S.t Brelade, de S.t Jean des Chênes, de S.t Pierre du Désert, de S.t Hélier, et de S.t Clément

---

NOTE.—Cette charte a été aussi signalé par Léopold Delisle (Introduction déjà citée, p. 325) comme suspecte. Le fonds en est exact mais la forme a subi les mêmes retouches que les Nos 173 et 175.

1185. **Universis** Christi et ejus sponse Sancte Matris ecclesie fidelibus hanc cartam visuris et audituris Willelmus divina miseratione Constantiensis episcopus salutem. Noverit universitas vestra quod Ego justis et honestis petitionibus abbatis et monachorum conventus Sancti Salvatoris vicecomitis hujusce diocesis favorem benevolum volens impertiri concedo et de meo episcopali jure condono sicut jam concesserunt et ante condonaverunt prefatis abbati et monachis tam presentibus quam futuris predicti conventus Algarus pie recordationis predecessor meus Constanciensis episcopus et Henricus Rex et dux Normannorum ut in ecclesiis et parrochiis Sancti Johannis de Sancto Salvatore, Sancti Audoeni de Cathevilla, Sancti Salvatoris de Petraponte, Sancti Martini de Goio, Sancti Remigii de Landis, Sancti Sansonis de Ansnevilla, Sancti Petri de Fontaneto supra vada, Sancti Stephani de Alvers, Sancti Martini de Lievilla, de Fredevilla et de Escaldevilla, Sancti Germani de Tornebusc et de de Direth, Sancti Martini de Henevilla et de Grouvilla, Sancte Marie

(1) Il paraîtrait par le texte qu'il y avait à cette époque un Archidiaconé séparé pour les Iles. Plus tard elles formaient partie de l'Archidiaconé du Bauptois. (Voir No 44, p. 67).

de Podiis pro media parte, Sancti Petri de Trialvilla, Sancti Michaelis de Bricbosch et Sancte Marie de Couvilla in quibus abbas et monachi predicti hactenus possederunt et legitime perceperunt majores et veteres novales quoque decimas pro ea portione qua veteres cum terris elemosinis et omnibus aliis pertinentiis ad omnes supradictas parrochias et ecclesias spectantibus in posterum possideant et quiete percipiant.

Concedo etiam et condono predicto conventui in Insula de Gersoio ecclesias de Sancto Broelario, de Sancto Johanne de Quercubus, de Sancto Petro de Deserto, de Sancto Helerio et de Sancto Clemente cum omnibus decimis, terris et eleemosinis ad illas ecclesias pertinentibus. Et ut omnes suprascripte donationes stabiles in futurum et inconcusse perseverent predictam hanc cartam meam sigilli mei munimine corroboravi. Testibus his Ricardo de Poleio archidiacono, Rogerio de Herouvilla canonico, Nicolao Comin canonico cum multis aliis. Actum apud Sanctum Laudum anno dominice incarnationis millesimo centesimo octogesimo quinto.

[*Collationné à une copie sur papier du XVII*e *siècle, existant aux archives de La Manche*].

N° 177.

Charte notice portant que Raoul de la Haye (1) confirma à l'abbaye et aux moines de St Sauveur tout ce qu'ils avaient dans l'île de Jersey, tant en églises, dîmes et revenus qu'en terres et aumônes, comme ils l'avaient tenu du temps du Roi Henri I et du Roi Etienne.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod *Circa* 1160.
Radulfus de Haya concessit abbatie Sancti Salvatoris et monachis ibidem Deo servientibus perpetualiter quicquid ipsi monachi habebant antea in insula Gersoi scilicet in ecclesiis cum decimis et redditibus earumdem ecclesiarum, sive in terris et elemosinis in pace et quiete, sicut unquam melius tenuerunt sive in tempore Henrici Regis, seu in tempore Stephani Regis. Iterum concessit idem Radulfus de Haia et sigillo suo confirmavit supradicte abbatie ecclesiam Sancti Martini de Goio et capellam Sancti Medardi que sunt de feodo suo cum omnibus decimis et terris et elemosinis eisdem ecclesiis pertinentibus.

(1) Voir note p. 258.

In haiis vero Lutumerie concessit predicte abbatie idem Radulfus quoddam habitaculum cum capella que fundata est in honore Sancti Petri. Hec omnia concessit et sigillo suo confirmavit pro anima sua omniumque antecessorum suorum. His testibus Ricardo fratre ejus de Haia,(1) Ricardo Potino, Roberto de Sancto Germano, Petro de Monte Sorello, Willelmo de Barnevilla.

[*Cartulaire de Saint Sauveur-le-Vicomte aux archives de La Manche*].

Nº 178.

Lettre du Roi Edouard II, datée de Gloucester le 26 Juin 1311, au Gardien des Iles. Il lui mande de vérifier par enquête ou autrement si l'abbé de St Sauveur tient dans les îles ses terres et possessions par la seule sujétion de faire comparence trois fois par an aux Chefs Plaids de Jersey, et s'il est exempt de féauté envers les Rois d'Angleterre, ainsi que l'abbé le prétend. S'il en est ainsi le gardien devra surseoir à la poursuite qu'il a entreprise contre ledit abbé et le laissera tranquille.

1311, Juin 26.

Rex custodi insularum de Generie, Jereseye et aliarum insularum adjacencium vel ejus locum tenenti salutem. Monstravit nobis dilectus nobis in Christo abbas de Sancto Salvatore in Normannia quod licet ipse teneat omnia terras tenementa et possessiones suas in insulis predictis de nobis per servicium veniendi ad capitalia placita nostra in insula de Jereseye ter per annum et non per aliud servicium ac ipse et predecessores sui quondam abbates loci predicti terras tenementa et possessiones predicta per predictum servicium et non per aliud de nobis et progenitoribus nostris semper hactenus a tempore quo non extat memoria tenuerunt, absque eo quod ipse seu predecessores sui predicti fidelitatem aliquam nobis seu progenitoribus nostris aliquibus temporibus retroactis facere consueverunt, vos tamen ipsum abbatem ad fidelitatem nobis faciendam ultra servicium predictum per varias districtiones compellitis jam de novo in ipsius abbatis dispendium non modicum et gravamen et alter quam hactenus fieri consuevit. Et quia ipsum abbatem in hac parte indebite nolumus pregravari vobis mandamus quod si per inquisitionem super premissis faciendam vel alio modo legitimo vobis constare poterit

(1) Richard et Raoul, fils de Robert de la Haye. (Round, p. 329).

predictum abbatem omnia terras tenementa et possessiones suas in insulis predictis de nobis per servicium veniendi ad capitalia placita nostra sicut predictum est et non per aliud servicium tenere et ipsum et predecessores suos fidelitatem aliquam nobis seu progenitoribus nostris aliquibus temporibus retroactis ultra servicium predictum non fecisse tunc accepto a prefato abbate eo quod ad nos pertinet de servicio predicto exactioni quam prefato abbati pro fidelitate nobis ratione terrarum tenementorum et possessionum predictorum nobis facienda fieri facitis supersedeatis et ipsum inde prout justum fuerit quietum esse permittatis. Teste Rege apud Gloucestriam vigesimo sexto die Junii anno quarto.

[*Collationné à une copie du XIVe siècle sur parchemin existant aux archives de La Manche*].

N° 179.

Lettre du Roi Edouard II, datée de Woodstock le 20 Juin 1311, à ses Baillis et sujets des Iles, leur notifiant la procuration donnée par l'abbé de St Sauveur à frère Guillaume Asceline et à Robert Constans pour se présenter aux plaids des Iles.

Edwardus Dei gracia Rex Anglie, Dominus Hibernie et Dux Aquitanie omnibus ballivis et fidelibus suis ad quos presentes littere pervenerint in insulis de Gernerye et Jereseye et aliis insulis adjacentibus salutem. Sciatis quod dilectus nobis in Christo abbas Sancti Salvatoris qui in Normannia commoratur attornavit coram nobis loco suo fratrem Guillelmum Asceline commonachum ipsius abbatis et Robertum Constans sub alternacione ad lucrandum vel perdendum in omnibus placitis et querelis motis vel movendis pro ipso abbate vel contra ipsum in quibuscunque curiis insularum predictarum et ad instanciam ejusdem abbatis concessimus quod iidem Guillelmus et Robertus vel eorum alter quem presentem esse contigerit loco ipsius abbatis facere possint vel possit attornatos vel attornatum quos vel quem voluerint vel voluerit in curia nostra coram nobis ad omnia predicta placita et querelas prosequenda et defendenda et ad lucrandum vel perdendum in eisdem sicut predictum est. In cujus rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes per trien- 1311, Juin 20.

nium duraturas, presentibus minime valituris post adventum ipsius abbatis in insulas predictas si contingat ipsum interim venire ad partes illas. Teste me ipso apud Wodestock, vigesima die Junii, anno regni nostri quarto.

per finem triginta solidorum.

[*Collationné à l'original existant aux archives de La Manche*].

Nº 180.

Procuration donnée par l'abbé de St. Sauveur à Guillaume Asceline, prieur du prieuré de Bonnenuit et à Guillaume de Magneville, prieur de St. Pierre, pour l'assise qui doit être tenue par Henri Spigurnel et Guillaume de Denon en 1323.

1323, Octobre 19.

Abbas de Sancto Salvatore pro loco suo fratrem Willelmum Asceline priorem prioratus de Bona nocte et fratrem Willelmum de Magnevilla priorem de Sancto Petro sub alternatione ad lucrandum vel perdendum in omnibus placitis et querelis motis vel movendis pro ipso vel contra ipsum durante itineratione. Et sciendum quod predictus abbas quoad placita dominum Regem tangentia in insula de Gereseye ut de libertatibus proprietatibus et possessionibus recessit sine die per justiciarios itinerantes.

In rotulis de attornatione coram H. Spigurnel et Willelmo de Denum justiciariis domini Regis itinerantibus apud Gereseye die Mercurii in crastino Sancte Luce ewangeliste anno regni Regis Edwardi filii Regis Edwardi decimo septimo.

[*Au dos:* pro assisia de Insulis coram justiciariis Anglie. Anno domini m. ccc. xxiij.

[*Collationné à l'original existant aux archives de La Manche*].

Nº 181.

Etat du revenu de l'abbaye de St. Sauveur dans l'Ile de Jersey.

1. St. Jean des Chênes :

   L'abbaye possède le patronage de l'église de la valeur de 200 quartiers d'avoine avec les dîmes.—Droits de sépul-

ture.—Droits de visite —Rentes sur les Hordellons du don d'Eudes de Sottevast, 20 sols, et des Baudouins, 12 quartiers d'avoine, 5 quartiers de froment, 15 deniers d'aide. Paiements—au prêtre 4 quartiers d'avoine—Luminaire de l'église 5 quartiers d'avoine—Luminaire de Ste Marie (de Bonnenuit) 10 sols.

2. La Trinité :
La sixième gerbe, 9 quartiers de froment.

3. St Martin le Vieux :
La sixième gerbe, 13 quartiers de froment.

4. St Martin de Grouville :
25 quartiers de froment.—Rentes sur la terre de La Rocque, 5 boisseaux de froment, 2 chapons.

5. St Sauveur :
La sixième gerbe, 12 quartiers de froment.

6. St Clément :
Rentes, 72 quartiers de froment, 10 sols, une pelisse.—Droits de sépulture et droits de visite.

7. St Hélier :
Rentes, 40 quartiers de froment.—Aleux, 10 boisseaux de froment.—Autélage, 15 sols.—Droits de sépulture.—Droits de visite.

8. St Laurens :
La sixième gerbe, 15 quartiers de froment.

9. St Brelade :
Patronage de l'église de la valeur de 48 quartiers de froment et une pelisse, et droits de visite.

10. St Pierre : où deux moines sont en résidence.
Patronage de l'église de la valeur nette de 36 quartiers de froment.—Rentes sur Emma de Bollon, 3 cabots de froment, sur les Ricards 22 sols, sur Richard Heudouin,(1) 2 sols, et des Roillons, 1 setier de froment pour l'infirmerie. Paiements —aux prêtres de St Pierre et de St Jean, une mine de froment chacun.

11. St Ouen :
La sixième gerbe, 20 quartiers de froment et 5 sols au couvent.

12. Ste Marie d'Arsmoustier :
9 quartiers de froment (grande mesure).

---

(1) Un autre Richard Heudoin (Helduini) est mentionné comme étant à Jersey en 1180 (Rôles de l'Echiquier, Stapleton I, p. 26).

GERSOI.

Commencement du 13e siècle.

Ecclesia Sancti Johannis de Quercubus est nostra cum decimis. Valet ducenta quarteria avene, de quibus presbiter habet quatuor quarteria, et ad luminare ecclesie pro quinque bossellis frumenti quinque quarteria avene : de singulis parrochianis capitalibus duas partes cymiterii ; de parvulis de residuo duodecim denariorum dimidiam partem ; de recognitione ecclesie quatuor panes, quatuor capones, centum ova ; des hordellons, de dono Eudonis de Sotewast, viginti solidos, decem solidos ad conventum et decem solidos ad luminare Sancte Marie.

de Balduinis duodecim quarteria avene, quinque quarteria frumenti, quindecim denarios cenomanensium de auxilio.

de Sancta Trinitate de sexta garba novem quarteria frumenti.

de Sancto Martino veteri de sexta garba tredecim quarteria frumenti.

de Sancto Martino de Guerouvilla viginti quinque quarteria frumenti. In terra de Rocha quinque bossellos frumenti, duos capones et post decessum Rogeri de Guerouvilla erit in dominica.

de Sancto Salvatore duodecim quarteria frumenti de sexta garba.

de Sancto Clemente septuaginta et duo quarteria frumenti, decem solidos ad Sancti Pauli de ecclesia et unam pelliciam ; de capitalibus parrochianis duos solidos quando moriuntur. De recognitione ecclesie quatuor panes, quatuor capones.

de Sancto Helerio quadraginta quarteria frumenti ; de alodiis decem bossellos frumenti ; de altelagio quindecim solidos et dimidium cymiterium ; de recognitione ecclesie quatuor panes, quatuor capones, centum ova.

de Sancto Laurentio de sexta garba quindecim quarteria frumenti.

de Sancto Broelario est ecclesia nostra. Valet quadraginta et octo quarteria frumenti et unam pelliciam ; de recognitione quatuor panes, quatuor capones.

de Sancto Petro est ecclesia nostra et ibidem morantur duo monachi et reddunt triginta sex quarteria frumenti et preterea presbitero de Sancto Petro unam minam frumenti et presbitero de Sancto Johanne unam minam frumenti.

de Emma de Bollon, in fabro, tres cabotellos frumenti.

de Ricardeis viginti duos solidos.

de Ricardo Heudoin duos solidos.

des Roillons unum sextarium frumenti ad infirmariam.

de Sancto Audoeno de sexta garba viginti quarteria frumenti et quinque solidos ad conventum.

de Sancta Maria de Ars Mostier novem quarteria frumenti ad magnam mensuram.

[*Extrait d'un long rôle en parchemin écrit au commencement du XIII*e *siècle, existant aux archives de La Manche et portant au dos, comme titre, en écriture du XVI*e *siècle,* Estat du revenu de l'abbaye de St Sauveur-le-Vicomte].

No 182.

Rentes en deniers (183 l. 11 s. 6 d.) de l'office du couvent pour l'année 1301. Les rentes des îles n'y sont pas comprises parce que frère Guillaume Le Fevre n'a rien reçu de ce côté pour cette année.

No 183.

Rentes des obits et en deniers à Jersey. Terme de St Michel 1302.

Froments : un quartier.

Deniers : les Hordellons, 10 sous tournois.

Jourdain Vautier, 5 sous tournois.

Deux prieurés (St Pierre et Bonnenuit) à Jersey, 40 sous.

Dîme de St Laurens, 20 livres tournois.

[Sur l'année précédente, 10 livres et 12 deniers provenant de l'île et reçus par frère Guillaume le Fevre].

Pour 1303, mêmes revenus ; mais Jourdain Vautier était mort.

Ecce redditus obituum conventus Sancti Salvatoris Vicecomitis de termino Sancti Michaelis de anno Domini millesimo trecentesimo secundo de quibus computavit frater Guillelmus Faber anno trecentesimo tercio, die Sabbati ante festum Sancti Michaelis in Monte Gargano. 1303.

Redditus in frumento.

Apud Gersoium unum quarterium frumenti.

Redditus in denariis officii conventus de anno et termino supradictis.

Apud Gersoium dicti Les Hordellons decem solidos turonensium.

Jordanus Vautier quinque solidos turonensium.

Duo prioratus. Quilibet eorum viginti solidos, in summa quadraginta solidos.

Decima Sancti Laurentii viginti libras turonensium.

Item decem libras et duodecim denarios quos frater Guillelmus Faber habuit de insulis pro anno precedenti, sed conventus noluit eos computari cum arreragiis.

Frumenta de officio conventus Sancti Salvatoris Vicecomitis et compotus quem fecit de predicto officio frater Guillelmus Faber anno Domini millesimo trecentesimo quarto die Jovis post exaltationem Sancte crucis de termino festi Sancti Michaelis in Montegargano de anno trecentesimo tercio.

Apud Gersoium unum quarterium frumenti.

Redditus in denariis de officio et anno supradictis.

Apud Gersoium.

Dicti Les Hordellons decem solidos.

Heredes Jordani Valteri quinque solidos.

Duo prioratus quadraginta solidos.

Decima Sancti Laurentii viginti libras.

[*Extrait d'un registre existant aux archives de La Manche*].

Nº 184.

Rentes des obits (Jersey) 1304.

Dîme de St. Laurens, 20 livres par Jourdain Horman.

Deux prieurés, 40 sous.

Hoirs de Guillaume de Bonnenuit, un quartier de froment.

Les Hordellons, 10 sous.

Hoirs de Jourdain Vautier, 5 sous.

1304. **Redditus** obituum conventus Sancti Salvatoris Vicecomitis de anno Domini millesimo trecentesimo quarto.

GERSOIUM.

Decima Sancti Laurentii viginti libras per Jordanum Horman.

Duo prioratus, quilibet eorum viginti solidos.

Heredes Guillelelmi de Bona Nocte unum quarterium frumenti.

Dicti Les Hordellons decem solidos.

Heredes Jordani Valteri quinque solidos.

[*Extrait d'un registre existant aux archives de La Manche*].

Nº 185.

Rôle des Rentes qui sont dues à l'Abbaye de St Sauveur en l'île de Jersey pour l'année 1400.

Cy ensuient les rentes qui sont deues aux religieux abbé et convent de Saint Sauveur le Viconte, en l'an mil quatre cens.

LYSLE DE GERSYE.

A Saint Clement labbey de Saint Sauveur prent toute la dyesme excepte que le curey a de neuf garbes deulx sur tout lentier et labbesse de Caen et celle de Moustier Villier la sixiesme garbe sur lentier.

A Grouville la sexte garbe.

A St Sauveur la sexte garbe.

A Saint Martin la sexte garbe.

A la Trinitey la sexte garbe.

A Sainte Marie la sexte garbe.

A Saint Ouen la sexte garbe.

A Saint Burlade les deulx pars de la dyesme.

A Saint Helier la moitié sur quoy le curey prent le quint.

A Saint Jehan toute la dyesme de Herupe.

A Saint Laurens la sexte garbe et est pour le convent.

Rentes.

Jehan de Bonnenuit trois cabots de froment sur un clos pres La Hougue Boete et vault bien trois boisseaus, et ne la que a sa vie, et est de la baille a labbey Englois, et est assis a Saint Jehan.

Thomas Malars un cabot sur son mesnage qua conquis le lieutenant du Roy.

Philippot Balan trois cabots, et est conquis des gens du Roy.

Le curey de Saint Clement dix sols.

Le curey de Saint Helier six sols du don Phelipe et Gueffroy de Carteret.

Le prevost de Saint Jehan vingt cinq sols de ferme.

Sur le mesnage es Capuchez trois boisseaus de froment, un quartier d'aveine.

Guillaume Baudein dix cabots.

Colin Baudein et son frere trois boisseaus.

Jehan de La Rue alias Gonier quinze cabots.

Olivior Le Moigne quatre cabots.

Jehan Estur quatre cabots, un pain, un capon pour trois vergies de terre qui souloit valoir unze cabots.

Colin le Marinel et ses parchonniers trois cabots.

Philippe Varin trois cabots.

Jourdan Norman un cabot.

Raoul Maret deux cabots.

Regnault de la Hague deulx tierchonniers.

Jehan de La Rue un tierchonnier.

Thomas Sarrey et ses parchonniers deux cabots.

Pierres Baudein un tierchonnier.

Colet Balan un tierchonnier.

Relicta Ricardi Angot un tierchonnier.

Les hers Godefre Baudein deux cabots.

Geoffroy Hamon deux cabots.

Les hers Robert Baudein deux cabots.

Les hers Guillaume Le Roy deux tierchonniers.

Philippe Herault quatre cabots.

Les hers Jehan Baudein cinq tierchonniers.

Perret Osber }
Florue Baudein } un cabot.

Item Perret Osber un cabot pour Jehan Amars.

Phelippe Balan un cabot pour trois vergies de terre.

AANEEZ REMUABLES.

Colin Le Marinel un tierchonnier pour une vergie similiter.

Deux vergies et trente perques en la main a labbey.

GROVILLE.

Johan Michiel trois quartiers et demie de froment pour sept vergies de terre devant sa meson que il tient par chartre.

Colin Le Maignen deux cabots.

SAINT CLEMENT.

Le prevost de Saint Pierre vingt sols quatre deniers.

Macie Laignel et ses parchonniers deux quartiers de froment.

Perrin Gervaese et ses parchonniers trois quartiers et demi de froment.

Le prieur de Bonne nuit cinq cabots de froment.

[*Extrait d'un registre existant aux archives de La Manche*].

Nº 186.

Rôle des rentes qui sont dues à l'Abbaye de St. Sauveur en l'Ile de Jersey pour l'année 1402.

Ce sont les mêmes rentes dues par les mêmes personnes comme elles sont inscrites au Rôle précédent (Nº 185).

Nº 187.

Pierre d'Artiz, receveur d'Othon de Granson dans l'île de Jersey donne quittance à frère Nicolas de Aufresne, prieur de St. Pierre, pour toutes les fermes et les possessions de l'Abbé de St. Sauveur-le-Vicomte, qu'il tenait à ferme des lieutenants dudit Othon de Granson. Pour les arrérages le Prieur doit la somme de 97 l. 15 s. 4 d.

Omnibus hec visuris ac etiam audituris P. d Artiz, receptor 1303.
publicus domini Otonis de Grandisono in insula Gersoii, salutem in Domino sempiternam. Sciant omnes fratrem N. de Aufresne priorem de Sancto Petro nomine et vice predicti domini Otonis domini mei satifecisse super omnibus firmis ac possessionibus abbatis et conventus Sancti Salvatoris Vicecomitis quas tenuit ad firmam ex commissione allocatorum predicti domini Otonis de Grandisono sexaginta libr. Turonensium ex speciali gracia predicti domini Otonis ad mandatum domini Roberti de Hadie presbiteri dictum priorem erga predictum dominum Otonem dominum meum pro omnibus solucionibus de tempore retroacto aquittare ita quod dictus N. prior remanet in debita super quater viginti decem septem libris quindecim solidis et quatuor denariis turonensium michi reddendis infra breve. In cujus rei testimonium presenti littere sigillum meum proprium apponere dignum duxi. Actum anno regni Regis Edwardi trigesimo primo die Mercurii post translationem Beati Thome Martiris.

[*L'original aux archives de La Manche, privé du sceau dont il était revêtu, lacéré et illisible dans quelques-unes de ses parties*].

Nº 188.

Lettre ou jugement du Doyen de Jersey faisant connaître que pardevant lui à St. Hélier, Jean de Carteret, Chevalier, confessa

devoir à l'abbaye de St Sauveur-le-Vicomte, vingt deux livres tournois d'arrérages des dîmes de blé qui appartenaient à l'abbaye dans ladite île et qui lui avaient été données à ferme par frère Nicolas d'Aufresne, quand il était prieur de St Pierre. Jean de Carteret promit de payer ladite somme avec les frais occasionnés tant à Coutances qu'à Jersey. Jugement est rendu accordamment.

1305. **Universis** hec visuris decanus de Insula Gersoii salutem in Domino. Noverint universi quod in nostra presentia apud Sanctum Helerium personaliter constitutus nobilis vir Johannes de Cartreto miles confessus est se debere religiosis viris abbati et conventui Sancti Salvatoris Vicecomitis viginti duas libras Turonensium pro arreragiis decimarum bladi eisdem in insula predicta pertinentium et traditarum eidem militi per fratrem Nicholaum d'Aufraisne jam dudum priorem prioratus Sancti Petri in dicta insula tempore quo erat prior, dum tamen eidem abbati constiterit per juramentum dicti fratris Nicholai dictum militem debere dictas viginti duas libras de arreragiis predictis, et promisit dictus miles solvere et reddere dictis abbati et conventui dictas viginti duas libras una cum expensis factis propter hoc tam coram venerabili viro dudum officiali Constanciensi quam coram nobis, et tenetur idem miles coram dicto abbate personaliter comparere infra festum Sancti Michaelis proximo venturum ad audiendum juramentum a dicto fratre Nicholao super premissis prestari qui quidem miles in premissis detulit juramento dicti fratris Nicholai et etiam super dictis expensis renunciando super hoc omni exceptioni doli, mali, fori falsi, per suum juramentum coram nobis prestitum corporaliter obligando se ad hoc heredesque suos, omnia bona sua mobilia et immobilia ubicunque existant. Et nos ipsum militem ad reddendum et tenendum et inviolabiliter observandum premissa dictis religiosis in hiis scriptis condempnamus. In cujus rei testimonium sigillum curie decanatus insule predicte presentibus est appensum. Actum et datum anno Domini millesimo trecentesimo quinto, die Sabbati ante festum Sancti Helerii.

[*L'original existant aux archives de La Manche*].

N° 189.

Vidimus d'une charte de Pierre de Préaux, rendant aux moines de St Sauveur pour le luminaire de leur église, les dîmes que les

sergents des îles avaient coutume de percevoir anciennement dans les paroisses desdites îles, i.e la dîme d'une masure dans chacune desdites paroisse.

Ce vidimus est daté de Novembre 1262.

Universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit officialis Constanciensis et de Montisburgo, de Exaquio, de Blancalanda et de Cesarisburgo permissione divina abbates salutem in Domino. Noveritis nos quamdam cartam ex parte religiosorum virorum abbatis et conventus Sancti Salvatoris Vicecomitis, Constanciensis dyocesis, nobis exhibitam, non cancellatam, non abolitam, nec in aliqua parte sui viciatam inspexisse diligenter verbo ad verbum sub hac forma : *Circa* 1202.

Notum sit omnibus presentibus et futuris quod ego Petrus de Pratellis reddidi et quietas clamavi pro Dei amore et salute anime mee monachis Sancti Salvatoris de Costentino ad luminare ecclesie sue et aliis abbatiis sive ecclesiis decimas quas servientes de insulis solent percipere antiquitus in parrochiis de insulis, unicuique secundum jus suum et portionem suam capiendas et in perpetuum possidendas scilicet decimam unius masure in unaquaque parrochia sicut servientes solent capere. Et ut hoc ratum permaneat sigilli mei munimine roboravi. Testibus Gaufrido de Bosco, Gaufrido tunc priore Belliloci, Willelmo capellano, Guillelmo de Ouvilla, Willelmo de Bosco clerico, Hugone de Estrepagnei, Willelmo Faiel, Marchaant de Witot et pluribus aliis.

Que predicta nos officialis Constanciensis sub sigillo curie Constanciensis nosque abbates jam dicti sub sigillis nostris ad petitionem dictorum abbatis et conventus Sancti Salvatoris tenore presentium significamus. Datum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, mense Novembris.

[*L'original existant aux archives de La Manche*].

N° 190.

Lettre de Jean de Newent, lieutenant d'Othon de Granson, Gardien des Iles, par laquelle il restitue et délivre à l'Abbaye de St Sauveur-le-Vicomte les terres dîmes et possessions qui pouvaient appartenir à l'abbaye dans l'île de Jersey, avec les prieurés de

St Pierre et de Bonnenuit, qui avaient été saisis entre les mains du Roi d'Angleterre à l'occasion des guerres.

La lettre faite au Château de Jersey le 8 Mai 1302.

1302. Mai 8. **Universis** ad quorum noticiam presentes littere pervenerint Johannes de Neuwent tenens locum incliti viri domini Otthonis de Grandisono domini insularum Gernereii, Jerseii et aliarum insularum eisdem adjacentium in eisdem insulis salutem in Domino sempiternam. Cum prefatus dominus meus reverendus per litteras suas patentes michi dederit potestatem ac mandatum speciale ad reddendum nomine suo quantum in eo est quibusdam religiosis et personis ecclesiasticis de potestate domini Regis Francie terras decimas et possessiones que ad eos pertinent in predictis insulis et que alias occasione guerre inter dominum Regem Anglie illustrem et predictum dominum Regem Francie dudum suborte in manum ipsius domini Regis Anglie capte fuerunt et hucusque detente terras, decimas et possessiones venerabilis patris in Christo domini abbatis de Sancto Salvatore vicecomitis et ejusdem loci conventus in predicta insula Jerseii una cum prioratibus suis de Sancto Petro et de Bona Nocte ibidem cum omnibus juribus et pertinenciis eorumdem que occasione predicta in manum predicti domini Regis Anglie capta fuerunt et hucusque detenta sicut predictum est, una cum decimis et fructibus possessionum predictarum de Augusto proxime preterito et deinceps predictis abbati et conventui nomine prefati domini mei quantum ad ipsum inde pertinet reddidi et ad plenum deliberavi, salvo semper jure predicti domini nostri Regis Anglie in premissis si forcitan alias ipsum inde loqui contigerit et etiam salvis arreragiis que prefato domino meo debentur de possessionibus supradictis de toto tempore retroacto, faciendo inde in predictis prioratibus residencias, cantarias, elemosinas et alia beneficia et servicia que in eisdem prioratibus fieri consueverunt temporibus retroactis et eciam in predicto monasterio suo de Sancto Salvatore orationes et obsequia divina pro prefato domino et pro animabus progenitorum suorum per eosdem abbatem et conventum concessa et bono zelo promissa. In cujus rei testimonium has litteras meas fieri feci patentes. Datum apud Castrum Jerseii sub sigillo custodis predictarum insularum, octavo die Maii anno regni predicti domini nostri Regis Anglie Edwardi tricesimo.

[*L'original existant aux archives de La Manche*].

N° 191.

Lettre d'Edouard III, Roi d'Angleterre, datée le 16 Février 1361, restituant à l'abbé de St Sauveur-le-Vicomte les terres, les tenements, les fiefs, les patronages, les rentes et les possessions appartenant à son abbaye dans l'île de Jersey, lesquels avaient été saisis à l'occasion des guerres. Le Roi donne exemption des arrérages qui pourraient être dus par suite des fermes précédemment faites.

Edwardus Dei gracia Rex Anglie, dominus Hibernie et Aquitanie, omnibus ad quos presentes littere pervenerint salutem. Licet nuper omnia, terras, redditus, feoda et advocationes abbatis Sancti Salvatoris de Normannia in insula de Jereseye inter alia terras tenementa, feoda et possessiones religiosorum alienigenarum de potestate Francie occasione guerre inter nos et Gallicos tunc mote una cum bonis et catallis in eisdem terris et domibus existentibus in manum nostram ceperimus et custodiam eorumdem procuratoribus sive prioribus locorum eorumdem et aliis pro certa firma nobis inde reddenda per diversas litteras nostras patentes commiserimus, quia tamen pax inter nos et magnificum principem Regem Francie fratrem nostrum carrissimum jam reformata et publicata existit nos ob honorem Dei et sancte ecclesie volentes dilecto nobis in Christo predicto abbati vel ejus procuratori gratiam facere specialem, eidem abbati vel dicto suo procuratori omnia terras, tenementa, feoda, advocationes, redditus et possessiones ad abbatiam Sancti Salvatoris in insula predicta spectancia simul cum omnibus bonis et catallis in eis existentibus restituimus habenda et tenenda adeo plene et integre sicut ea tenuit ante captionem supradictam absque aliqua firma nobis inde ratione captionis predicte ex nunc reddenda et ipsos abbatem et procuratorem et manucaptores suos de firma predicta ex nunc exoneramus et quietamus per presentes, arreragiis firme illius si que fuerint de tempore preterito et debitis que ante captionem predictam nobis debebantur et nondum soluta existunt nobis semper salvis. In cujus rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes. Teste me ipso apud Westmonasterium sexdecima die Februarii anno regni nostri tricesimo quinto. Per ipsum regem et consilium. Ravend.

1361, Février 16.

[*L'original existant aux archives de La Manche*].

N° 192.

Lettre du Roi de France, Louis XI, datée de Tours, le 3 Décembre 1461, adressée aux Baillis du Cotentin et de l'île de Jersey, au sujet du prieuré de St. Pierre, que Pierre de Brezé détient.

Mandement de Robert Josel, Lieutenant du Bailli du Cotentin, aux Jurés et au Vicomte de Jersey, ainsi qu'aux sergents du Roi pour l'exécution du mandement du Roi.

1461, Décembre 3.

Loys par la grace de Dieu Roy de France aux bailliz de Costentin et de Lisle de Gersay ou a leurs lieuxtenans salut. De la partie de nostre amé frere Pierre Corbaran religieux de l'abbaye Saint Sauveur le Viconte de lordre Saint Benoist eu diocese de Coustances nous a esté exposé disant que nostre amé et féal conseiller labbé de la dite abbaye puis ung an en ça ou environ en usant de ses droiz de collacion et dignitez dicelle abbaye ainsi que de toute ancienneté lui et ses predecesseurs abbez de ladite abbaye ont acoustumé de faire donna et confera audit exposant le prieuré de Saint Pierre du Desert situé et assis en ladite ysle de Gersay comme estant pour lors en sa plaine disposicion et collacion par le trespas de feu frere Pierre La Flague en son vivant religieulx dicelle abbaye ; et combien que au tiltre qui est juste et canonique et autrement deuement ledit exposant ait droit oudit prieuré et en doye raisonnablement joir, user et posseder, en avoir, prendre, lever et percevoir les fruis, proufiz, revenues et emolumens et diceulx faire et disposer à son plaisir et voulenté comme de sa propre chose, néautmoins soubz ombre de ce que la dite ysle a nagueres esté mise et reduicte en nostre obeissance, Pierre de Brezé, chevalier, Seigneur de la Varenne, a voulu et ordonné a tort et contre toute bonne raison et equité ledit prieuré ensemble les fruiz, proufiz, revenues et emolumens dicellui estre tenus et occupez par certains gens seculiers les quels a ce moyen et sans autre tiltre au moins valable par force et violence, oultre et contre le gré et voulenté dudit exposant ont depuis le trespas dudit frere prieur tenu et occuppé tiennent et occuppent de fait ycelui prieuré, prins et apprehendé les fruiz, proufiz et emolumens dicelui, et d'iceulx fait et font chascun jour a leur singulier plaisir et voulenté en troublant et empeschant ledit exposant en la possession et jouissance dudit prieuré et des fruiz, proufiz, revenus et emolumens a icelui appartenans et ce

a son grant grief, prejudice et dommaige et plus pourroit estre se par nous ne lui estoit sur ce pourveu de remede convenable si comme il dit requerant icelui, pour ce est il que nous ces choses considerées qui ne voulons teles voyes de fait et manieres de proceder tolerer ne souffrir, ains a ung chascun de nos subgets raison et justice estre faite et administrée comme raison est et mesmement que dure et sumptueuse chose seroit que gens seculiers tensissent les biens et revenus des eglises de nostre Royaume dont nous sommes protecteur et garde, au moins sans tiltre valable, vous mandons et parceque les dits biens et revenues dicelui prieuré sont assis en vos bailliages, commectons, se mestier est, par ces presentes et a chacun de vous sur ce premier requis et quil appartiendra, sil vous appert que ledit prieuré soit membre deppendant de ladite abbaye de Saint Sauveur le Viconte, que a labbé dicelle abbaye appartiegne la collacion et disposicion dicelui prieuré quant vacation y eschiet que en usant de leurs droiz, et comme a ce ayant povoir ledit abbé et sesdiz predecesseurs abbez de ladite abbaye ayent acoustumé donner et conferer ycelui prieuré à qui bon leur a semblé et que icelui prieuré et les droiz dicelui ait donné et conferé ledit abbé audit suppliant, comme dit est, vous ou dit cas faictes ou faictes faire expres commandement de par nous sur certaines et grans peines a nous a applicquer a tous les dits detenteurs dudit prieuré de Saint Pierre du Desert, des fruiz, revenues et emolumens dicelui et a tous aultres quil appartendra et dont seront requis que tantost et sans delay ils se desistent et departent diceulx et en souffrent et laissent joir et user ledit suppliant plainement et paisiblement en les contraingnant a ce faire et souffrir et a cesser desdits et semblables troubles et empeschemens et aussi a rendre et restituer tout ce que prins et levé auroit esté des fruiz et revenues dudit prieuré iceulx detenteurs et tous aultres qui pour ce seront a contraindre par toutes voyes et manieres dues et raisonnables en administrant en cas de debat ou opposicion aux parties, icelles surtout à plain oyes sommerement et de plain, bon et brief droit et accomplissement de justice, car ainsy nous plaist il estre fait, nonobstant quelxconques lettres subreptices impetrées ou à impetrer a ce contraires. Donné à Tours le tiers jour de Decembre lan de grace mil quatre cens soixante et ung, et de nostre regne le premier.

1461, Décembre 24. Robert Josel, lieutenant général de noble et puissant seigneur Jehan seigneur du Pont et de Rostrenan conseiller et chamberlan du Roy nostre Sire et son bailli de Costentin commissaire du Roy nostre dit Sire en ceste partie, aux jurés et viconte de lisle de Gersuy et a tous les Sergens du Roy nostredit Sire et a chacun deulx premier sur ce requis salut. De la partie de frere Pierre Corbaran religieux de labbee de Saint Sauveur le Viconte de lordre Saint Benoist eu diocese de Coustances, prieur du prieuré de Saint Pierre du Desert en ladicte ysle de Gersoy nous ont esté presentees les lettres du Roy nostre dit Sire données a Tours le tiers jour de ce present moys de decembre auxquelles ces presentes sont atachées soubz nostre seel en nous requerant leffect, enterinement et accomplissement dicelles par vertu des quelles nous vous mandons et a chacun de vous sur ce requis que le dit prieur, son procureur pour lui ou aultres ses serviteurs vous faciés et faciés faire, jouir et user de tous les fruis, oblations, dixmes, rentes, revenues, franchises, libertés et emolumens a icelui prieuré appartenans, en faisant exprès commandement de par le Roy nostre dit seigneur à tous les detenteurs dudit prieuré, fruis ou revenues dicelui et autres quil appartendra et dont requis serés sur paine de cent mars dargent à apliquier au Roy, que tantost et sans deloy ils se desistent et departent diceulx et en seuffrent et lessent jouir plainement et paisiblement le dit prieur en contrignant a ce faire et eulx cesser des dits troubles et empeschemens, et aussi a rendre et restituer tout ce qui prins et levé auroit esté dez fruis et revenues dudit prieuré, iceulx detenteurs et aultres qui pour ce seront à contraindre par toutes voies deues et raisonnables, en faisant assignation de jour aux parties, en cas de debat ou opposicion, où et devant qui il apartendra, pour sur le cas estre fait et procedé ainsy que de raison le tout ainsy que le Roy nostre dit seigneur le veut et mande par ses dites lettres. Et de ce que fait en aurés certifiés justice à fin deue et que deffault ny ait. Donné a Carentan le vingt quatriesme jour de Decembre lan mil quatre cens soixante et ung.

R Josel. (*avec paraphe*).

[*Originaux entrelacés, existant aux archives de La Manche*].

N° 193.

Lettre du Roi de France, Louis XI, datée de Tours le 5 Décembre 1461, adressée au Bailli du Cotentin, au Gouverneur et aux Jurés de l'île de Jersey, au sujet des droits qui appartiennent à l'abbaye de St Sauveur en ladite Ile.

Mandement de Robert Josel, Lieutenant du Bailli du Cotentin, aux Jurés, Vicomte etc. pour l'exécution du mandement du Roi.

1461, Décembre 5.

Loys par la grace de Dieu Roy de France aux bailli de Constantin, gouverneur et jurez de lisle de Gersay ou a leurs lieux-tenans salut. De la partie de nos bien amez les religieulx abbé et convent du moustier et abbaye de Saint Sauveur le Viconte de lordre Saint Benoist ou diocese de Coustances estans de fondacion Royal nous a esté humblement exposé que pour raison de la fondacion, dotacion et augmentacion de ladite abbaye et autrement lesdits exposans ont plusieurs biens, libertés, droiz et devoirs tant de patronnaige, cens, rentes, dixmes que autres droiz et prerogatives en divers lieux de noz payz et duchié de Normandie et mesmement en ladite ysle, et combien que en icelle ysle lesdits exposans ou leurs procureurs et officiers pour eulx ayent plusieurs fois en usant de leurs dits droitz voulu prendre, lever, regir et gouverner, comme raison estoit et est et ainsi que a eulx appartenoit et appartient plusieurs leurs dixmes, cens, rentes et autres droiz et devoirs, tenir, posseder et exploicter certains prieuréz dont a eulx appartient le droit de patronnaige comme membres deppendans de ladite abbaye, neantmoins obstant la longue occupation faicte par noz anciens ennemis et aduersaires les Angloys de ladite ysle lesdits exposans nont peu joir de leurs dits droiz et devoirs a eulx appartenans en icelle comme dessus est dit et doubtent que encores ils nen puissent joir combien que ladite ysle soit a present reduicte en nostre obeissance par ce que plusieurs personnes sen sont ensaisies et les tiennent et occupent a present par force et violence ou aultrement indeuement ou tres grant grief, prejudice et dommaige desdits exposans et plus pourroit estre, se par nous ne leur estoit sur ce pourveu de remede convenable si comme ils dient requerans humblement ycelui. Pourquoy nous ces choses considerées desirans a ung chacun de nos subgets ce qui est sien estre rendu et restitué comme raison est, mesmement aux eglises de nostre

Royaume dont nous sommes protecteur et garde, vous mandons et pour ce que les choses dont lesdits exposans ont entention faire question et demande sont assises et les parties demourans en vostre dit gouvernement et ladite abbaye de fondacion royal comme dit est et aussi que ledit abbé a cause de ce quil tient oudit pays de Normandie pour raison de sa temporalité a tous droiz et prerogatives de baron par quoy selon la coustume dicelui pays il nest tenu, sil ne lui plaist, de plaidoyer ailleurs oudit pays que par devant noz juges, commectons, se mestier est, par ces presentes et a chacun de vous si comme a lui appartendra que appellez ceulx qui seront a appeller, vous les dits exposans faites joir et user de tous les droiz de patronnaige, dixmes, cens, rentes, revenues et autres quelxconques devoirs a eulx appartenans en ladite ysle de Gersay et lesquelz vous apperront deuement a eulx estre et appartenir en contraignant a ce faire et souffrir tous les detenteurs desdites choses et autres qui pour ce seront a contraindre par toutes voyes et manieres deues et raisonnables. Et se sur ce naist debat ou opposicion, faictes aux parties, ycelles a plain par vous oyes, de jour en jour en assise et dehors, bon et brief droit et accomplissement de justice, car ainsi nous plaist il estre fait nonobstant usaige, stile, coustume de pays quant a attendue d assise et quelxconques lettres subreptices impetrées ou à impétrer a ce contraires, mandons et commandons a tous nos justiciers, officiers et subgetz que a vous, vos commis et depputez en ce faisant obeissent et entendent diligemment. Donné a Tours le cinquiesme jour de Decembre lan de grace mil quatre cens soixante ung et de nostre regne le premier.

Par le Roy a la relacion du conseil.

Caloet (*avec paraphe*).

1461, Décembre 24. Robert Josel lieutenant general de noble et puissant seigneur Jehan seigneur du Pont et de Rosternan conseiller et chamberlan du Roy nostre sire et son bailli de Costantin, cômmissaire du Roy nostre dit seigneur en cette partie, aux jurés, viconte ou sergent de lisle de Gersey et a tous les sergens du Roy nostre dit seigneur et a chacun deulx sur ce qui ensuit requis salut. De la partie des religieux abbé et convent de Saint Sauveur le Viconte nous ont esté presentés les lettres du Roy nostredit seigneur donnés à Tours le cinquiesme jour

de ce present mois de decembre auxquelles ces presentes sont atachées soubz nostre seel nous requerant leffect et acomplissement dicelles par vertu des quelles nous vous mandons et à chacun de vous que les dits religieux, leurs prieurs, gens, procureurs et officiers vous facies jouir et user de tous les droiz de patronnage, dixmes, cens, rentes, revenues et aultres quelconques devoirs a eulx apartenans en ladite isle de Gersey en ce que requis en serés, en contrignant a ce faire et souffrir tous les detenteurs des dites choses et aultres qui pour ce seront à contraindre par toutes voies deues et raisonnables, et se en ce a ou naist debat ou opposicion faictes aux parties assignagnation de jour brief et competent ou et devant qui il apartendra, pour sur le cas estre procédé de jour en jour sans atendue d assise et estre baillé provision et justice administree aux parties ainsi que lesdites lettres le contiennent et que le Roy nostre dit seigneur le veult et mande par icelles en certifiant deuement justice de ce que fait en aures afin deue. Donné à Carenten le xxiiij^e jour de Decembre lan mil quatre cens soixante ung.

R. Josel (*avec paraphe*).

[*Originaux entrelacés, existant aux archives de La Manche*].

N° 194.

Lettre ou jugement du Doyen de Jersey portant qu'en sa présence à St Hélier Jean de Gray, clerc, natif de l'île, se reconnut redevable envers l'Abbé de St Sauveur-le-Vicomte de 90 livres tournois pour la dîme des gerbes de la paroisse de Grouville (trois années à 30 l. par an), montant qu'il a promis de payer avec les frais, par versements à dates fixes. Jugement est rendu accordamment.

Universis presentes litteras inspecturis ac eciam audituris, Decanus de Insula Gersoii Constanciensis diocesis salutem in Domino. Noverint universi quod in nostra presencia apud Sanctum Helerium personaliter constitutus Johannes de Graey clericus de dicta insula oriundus spontaneus recognovit se debere teneri solvere et reddere religiosis viris abbati et conventui monasterii Sancti Salvatoris vicecomitis quater viginti decem libras turonensium pro decima garbarum quam ipsi religiosi percipiunt et habent in dicta insula in parrochia de Grovilla percipienda et habenda ab eodem Johanne singulis annis 1311, Avril 17.

usque ad complementum trium annorum termino perceptionis dicte decime incipiente post Augustum proximo venturum videlicet primi anni et tenetur dictus Johannes pro dicta decima quolibet anno dicti triennii usque ad complementum ejusdem de dictis quater viginti decem libris turonensium solvere et reddere dictis religiosis apud Sanctum Salvatorem Vicecomitis suis propriis sumptibus et expensis triginta libras turonensium usque ad complementum [dictarum] quater viginti decem librarum turonensium durante triennio predicto et ad hoc et ad solutionem dicte peccunie obligavit se idem Johanes heredesque suos, omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura ubicunque existencia et sub quacumque juridictione poterunt inveniri, et renunciavit idem Johannes per suum juramentum prestitum coram nobis omni exceptioni doli mali fori falsi, deceptioni ultra dimidium justi precii rei non vendite non tradite non recepte, privilegio crucis sumpte et sumende et omni alii exceptioni et deffensioni per quam seu per quas solutio premissorum posset in aliquo impediri vel eciam retardari necnon et juri dicenti generalem renunciationem non valere. Et nos ipsum Johannem ad reddendum premissa dictis religiosis eo modo quo superius sunt expressa in hiis scriptis pro tempore futuro finaliter condempnamus. In cujus rei testimonium sigillum curie decanatus insule predicte presentibus est appensum. Actum et datum anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, die Sabbati ante quasimodo.

Castellanus.

[*L'original existant aux archives de La Manche*].

N° 195.

Charte notice portant que Esgaré[1] de Magneville, et ses fils Philippe et Jean, donnèrent à l'Abbaye de St Sauveur l'église de St Brelade à Jersey, avec toutes les aumônes en dépendant, pour les âmes de son père, de sa mère, et d'Agathe, sa femme ; le tout franc et quitte comme tenait Guillaume de Magneville.

Circa 1150. **Omnibus** Sancte Matris ecclesie filiis notum sit quod Esguare de Magnevilla et filii ejus Philippus et Johannes dederunt

(1) Esware au N° 197 ; sans doute membre de la famille de Roger de Sotevast, frère de Guillaume de Magneville (v. N° 169).

abbatie Sancti Salvatoris ecclesiam Sancti Broelarii de Gersoio cum omnibus elomosinis eidem ecclesie pertinentibus pro anima patris sui et matris sue et Agathe uxoris sue sicut Guillelmus de Magnevilla melius unquam habuit liberam et quietam, his testibus Philippo filio Roberti monachi, Ricardo Buisson, Hernaudo de Briquebec, Anschetil Buisson, Ricardo Louvel, Roberto Theroude, Gislebert de Lestanc.

[*Extrait du Cartulaire de St. Sauveur-le-Vicomte aux archives de La Manche, fol. XLVI verso, No. 282*].

No. 196.

Charte de Richard, Évêque de Coutances, confirmant à Roger, abbé de St. Sauveur, diverses donations. Il y est dit qu'un chevalier du nom d'Esware de Magneville prétendait instituer le curé de St. Brelade, dont l'institution appartenait d'ancienneté à l'Abbaye de St. Sauveur, mais qu'il s'était désisté de sa réclamation en faveur de l'abbé Roger.

Ego Ricardus Dei gracia Constanciensis episcopus, Rogerio 1151–1179.
abbate monasterii Sancti Salvatoris postulante, plura ecclesiastica que tempore suo in possessione cenobii sui me donante et diversorum donationes confirmante venerant in unum collecta auctoritate sigilli mei confirmari dignum duxi petitione sue satisfacere. ....
Miles etiam quidam Esware videlicet de Magnevilla in ecclesiam Sancti Broeladii de Jerseio que juris monasterii Sancti Salvatoris fuit ab antiquo calumpniam inferebat dicens se in illam ecclesiam sacerdotem ministrum ex debito constituere, hanc calumpniam ipse Esware in manu mea dimisit et ecclesiam illam Rogerio abbati ab omni calumpnia quietam dimisit. ....
Auctoritate ergo sigilli mei in istis adquisitionibus confirmandis adhibiti sunt testes contemporanei Willelmus archidiaconus, Ricardus archidiaconus, Robertus archidiaconus, Petrus capellanus, Petrus de Sancta Susanna decanus.

[*L'original, en mauvais état, existe aux archives de La Manche, fol. XXXIX recto, No. 221*].

N° 197.

Lettre ou jugement du Doyen de Jersey portant que devant la Cour Ecclésiastique tenue à St Pierre, Jersey, et présidée par lui, Jourdan Horman reconnut devoir à l'abbaye de St Sauveur-le-Vicomte 150 livres tournois pour une portion de la dîme du blé de la paroisse de St Brelade, pour trois années, à raison de 50 l. par an, somme qu'il s'engageait à payer pour lui et ses hoirs sous la garantie de tous ses biens meubles et héritages. La Cour le condamne au paiement.

Ensuit la tenour dun certain instrument japiecha fait du bail dune portion de la dixme de Saint Broelare.

1311, 6 Sept. Universis hec visuris Decanus de insula Gersoii Constanciensis dyocesis salutem in Domino. Noveritis quod in nostra presencia in jure coram nobis apud Sanctum Petrum in dicta insula personaliter constitutus Jordanus dictus Horman confessus fuit se debere et teneri solvere et reddere viris religiosis et honestis abbati monasterii Sancti Salvatoris Vicecomitis et conventui centum quinquaginta libras turonensium pro quadam portione garbarum decime bladi communis dictis religiosis ratione dicti sui monasterii spectante in parrochia Sancti Broelarii de Augusto ultimo preterito et de duobus annis proximo inde sequentibus videlicet quinquaginta libras turonensium quolibet anno durante dicto termino triennio solvendo quolibet anno hiis terminis, videlicet viginti quinque libras turonensium infra nundinas Montis Martini proximo venturas, alias viginti quinque libras residuas infra festum beati Michaelis in Monte Gargano proxima inde sequens et sic deinceps durante dicto termino triennio, ad hoc obligans se et suos heredes et omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura ubicumque existant et poterunt inveniri tam in villa quam in campis usque ad valorem debiti supradicti, renunciando super hec exceptioni doli mali privilegio crucis assumpte et assumende, exceptioni fori falsi et omni alii exceptioni per quam posset solutio dicte pecunie dictis terminis in aliquo retardari vel differri. Et de premissis tenendis et firmiter adimplendis et de non veniendo contra per se vel per alium fidem suam in manu nostra prestitit corporalem et nos ipsum Jordanum presentem volentem consentientem et juridictioni nostre quoad hec se supponentem spontaneum non coactum ad premissa tenenda reddenda et fideliter infra

terminos superius annotatos adimplenda dictis religiosis in hiis scriptis justicia exigente condempnamus. Valete. Actum et datum anno Domini millesimo trecentesimo undecimo, die Lune ante festum nativitatis beate Marie Virginis.

[*Extrait d'un rôle en parchemin existant aux archives de La Manche*].

Nº 198.

Charte de Richard, Évêque de Coutances, concédant avec la permission de Roger, abbé, et des moines de St. Sauveur, à Robert, abbé du Mont St. Michel, l'autorisation de faire un oratoire pour lui et ses moines à Pierreville, en l'île de Jersey, sauf le droit de l'église paroissiale de St. Clément, laquelle est reconnue pour appartenir de toute ancienneté à l'abbaye de St. Sauveur.

[*Déjà imprimée : voir Nº. 43, page 67*].

Nº 199.

Charte de Robert (de Torigny), abbé du Mont St. Michel, qui reconnaît que c'est avec la permission de Roger, abbé de St. Sauveur, et de Richard, évêque de Coutances, qu'il a fondé une Chapelle à Pierreville, dans la paroisse de St. Clément, dont l'église appartient à l'Abbaye de St. Sauveur ; et que c'est par ignorance et injustement que cette église avait été autrefois attribuée à son abbaye.

Notum sit universis scriptum presens cernentibus me. Robertum abbatem Sancti Michaelis de periculo maris et conventum ejusdem loci condidisse quandam capellam in Gersoio insula apud Petram villam in parrochia Sancti Clementis que ecclesia est monachorum Sancti Salvatoris assensu Ricardi episcopi Constanciensis et Rogerii abbatis Sancti Salvatoris et conventus ejusdem loci salvo parrochiali jure ex integro. Quod autem in privilegio nostro hec eadem ecclesia antea confirmata fuerat non sit eis impedimento nec eis noceat quia ignoranter et injustum actum fuit.

1154–1178. *Circa* 1172 d'après Delisle.

[*Cartulaire de l'abbaye de Saint Sauveur-le-Vicomte aux archives de La Manche, fol. XLIIII verso, Nº. 268–, Delisle, Chronique de Robert de Torigni II, p. 295*].

N° 200.

Robert (de Torigny), abbé du Mont St Michel, déclare à Hugues, abbé de St Sauveur, que l'église de St Clément de Pierreville, en Jersey, appartient audit abbé de St Sauveur et que si lui, Robert, a ou a eu quelque droit dans cette église il s'en désiste formellement.

Circa 1185.

Robertus Dei gracia Sancti Michaelis de Monte abbas et conventus sibi a Deo commissus Domino Hugoni abbati Sancti Salvatoris et suo sacro conventui salutem et caritatis officia. Testificamur presenti et venture generationi ecclesiam Sancti Clementis de Petrivilla in Gersoio vestri esse juris. Quod si quid in ea habuimus aut habemus vobis gratanter concedimus.

[*Cartulaire de l'abbaye de Saint Sauveur-le-Vicomte aux archives de La Manche, fol. XLIIII verso, N° 266*].

N° 201.

Copie sous le sceau du doyenné de Jersey, d'une lettre des vicaires de l'évêque de Coutances (Robert de Harcourt) au Doyen de Jersey, lui mandant de mettre en possession de la cure de St Clément, vacante par la mort de Guillaume du Cotentin, Richard Lecanbier, clerc, présenté par les religieux de St Sauveur-le-Vicomte et dont le procureur est Gregoire le Hardi, clerc.

1302, Juillet 31.

Copia sub sigillo decanatus de Gersoio.

G.............. cantor, B............. Dictus Buticularius canonici in ecclesia Constanciensi ac officialis Constanciensis reverendi patris ac domini domini R............... Dei gracia Constanciensis episcopi nunc absentis a sua civitate ac dyocesi in ejus absencia, una cum venerabili viro B.............. archidiacono Constanciensi absente a civitate ac dyocesi predictis, vicarii, Decano de Insula Gersoii salutem. Cum Ricardus Lecanbier clericus ex parte virorum religiosorum abbatis et conventus monasterii Sancti Salvatoris Vicecomitis ad ecclesiam Sancti Clementis de Insula Gersoii liberam et vacantem per mortem magistri Guillelmi de Costentino quondam et ultimo rectoris ejusdem nobis vice ac nomine dicti patris fuerit presentatus humiliter supplicando ut nos vice ac nomine quibus supra eidem clerico hoc petenti dictam ecclesiam ad eorumdem religiosorum presentationem spectantem mi-

sericorditer conferremus factisque preconizationibus debitis in eadem ecclesia de jure patronatus de valoreque fructuum ac numero parrochianorum ejusdem ecclesie et utrum et qualiter erat vacans necnon de vita, moribus, conversatione ac natalibus prefati clerici fuisset primodum inquisitum et de aliis de quibus erat canonice inquirendum, verum quia, visa et diligenter examinata inquesta seu inquisitione hujusmodi solerter facta examinatoque in literatura clerico sepedicto nobis constitit atque constat dictam ecclesiam ad presentationem dictorum religiosorum ut premittitur pertinere dictumque clericum esse personam ydoneam ad ecclesiam hujusmodi parrochialem Sancti Clementis obtinendam, nos predictus cantor loco et vice nostra aliorumque collegarum nostrorum predictorum ad hoc presentium et de consensu et voluntate eorumdem eandem ecclesiam Sancti Clementis prefato clerico presentato hoc humiliter postulanti caritatis intuitu conferimus cum ipsius juribus et pertinenciis universis ipsumque clericum presentatum per librum nostrum investivimus corporaliter de eisdem auctoritate vice ac nomine episcopi supradicti. De canonica autem obedientia juribusque et consuetudinibus licitis ejusdem ecclesie observandis ac de alienatis illicite ad jus et proprietatem ipsius ecclesie prout erit sibi possibile revocandis ab eodem clerico presentato nobis prestito juramento vobis Decano predicto mandantes quatinus ad prefatam ecclesiam personaliter accedentes dictum clericum seu Gregorium dictum Hardi clericum exhibitorem presencium quem idem Ricardus Lecanbier ad hec suum fecit et constituit procuratorem attornatum et nuncium specialem coram nobis in corporalem possessionem ejusdem ecclesie jurium et pertinenciarum ipsius inducatis vice ac nomine supradictis et defendatis inductum. Contradictores ac impeditores si qui fuerint, sint censura ecclesiastica compescendi. In quorum testimonium nos predicti vicarii sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda. Actum et datum Constanciis anno Domini millesimo trecentesimo secundo, die Martis ante festum Sancti Petri ad cathedram nosque de nominibus contradictorum et impedi-encium si qui super hoc fuerint certificare curetis cum vestrarum testimonio litterarum.

[*L'original aux archives de La Manche*].

N° 202.

Jugement rendu aux plaids tenus à St. Hélier le 10 Octobre 1318 pardevant Henri de St. Martin, Bailli, assisté de neuf Jurés et de plusieurs francs tenants de la Couronne (parmi lesquels le Seigneur de St. Ouen, Maistre Geoffroy de Carteret et le Prieur de l'Islet), dans une cause au sujet du patronage de l'église de St. Clément, dont la cure était vacante par la mort de Raoul Godel. Jordain du Mont portait un bref royal de patronage à ladite cure, que l'abbé de St. Sauveur-le-Vicomte contestait, prétendant que ledit bref était nul et non avenu et que le patronage appartenait à l'abbaye seule et non au Roi La Cour déclara ledit bref nul et adjugea le patronage à l'abbaye.

1318. Octobre 10.

A Tous ceux qui ces presentes letres verront et orront. Henri de Saint Martin ballif nostre sire le Roy d Engleterre en lille de Gersie salu en nostre segnor. Comme Jordan du Mont portast un brief de patronnage de liglise de Saint Clement en lille desusdite, vacante par la mort de Raol Godel, prestre, jadis rectour dicele contre religios hommes labbey et le convent de Saint Sauvoor le Visconte affermant par la tenour dudit brief le droyt et la possession dudit patronnage a li appartenir, les diz religios affermanz et maintenanz le contrayere disanz que par la vertu dudit brief ne devoieent estre molesteiz ne mis en plaedre. Saciez que as plays qui furent a Saint Helier lan de grace mil troys cens et diez et oyt, le Marsdi prochain empres la feste Saint Denis furent presens ledit Jordain dune part et ledit abbey et freyre Guillaume Aceline priour de Bonne Nuyct procurateur dudit convent dautre. Ledit Jordain dist que li et ses amys avoient veu les letres et les fays et plusors institucions que les diz religios avoieent du patronnage de la dite yglise et mesmement avoet eu consel par les sages que ledit brief ne povet avoir cours ne ne poveyt estre prins devant le ballif sans brief de Roy por quoy il ledit brief estoyt nul de soy et que la proprietey et la possession dudit patronnage appartenoit aux diz abbey et convent et non a li et amenda le brief que il avoyt pris sus ce par la queile fut et dit par droyt par les jureis cest a savoier sire Jehan de Quartrayt chevalier, Guillaume Paeen, [Guillaume] Le Petit, Jouan Hubert, Gautier Lequeu, Guillaume Diervaut, Philippe Horman, Colin Hastain, Guillaume de Grae et par

le segnor de Saint Ouayn, Maistre Gyeffrey de Quartrayt, le priour de Lislet et par les autres sages estans as diz plays que ledit brief estoyt nul et que la proprietey et la possession dudit patronnage appartenoyt as diz religios et a lor successors sanz reclamance que ledit Jordain ne ses heirs ni autre ayant cause de eus y puiesse faiere desore en avant. En tesmoing de la queile chose nous avon mis a ces presentes letres le seel de la ballie de lille desus dite, fayt comme desus.

[*L'original aux archives de La Manche, lacéré et illisible dans quelques unes de ses parties*].

N° 203.

Charte de Guillaume, évêque de Coutances,(1) faisant connaître que, en sa présence, la contestation entre les moines de St Sauveur, d'une part, et Richard de St Hélier et Richard Wace (prêtres), d'autre part, au sujet des dîmes (*super prediis*) de St Hélier, a été arrangée à la condition que ces prêtres paieront annuellement aux moines dix boisseaux de froment ; ce qu'ils ont juré de faire.

Universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum per- 1180.
venerit Willelmus Dei gracia Constanciensis episcopus salutem. Noverit universitas vestra quod cum inter monachos Sancti Salvatoris ex una parte et Ricardum de Sancto Helerio et Ricardum Wace ex alia super prediis Sancti Helerii questio aliquandiu ventilata fuisset in hunc modum pacis in nostra presentia convenerunt predicti presbiteri prefatis monachis de prediis illis decem boissellos frumenti annuatim exolvent. Et hoc juraverunt firmiter observandum. Actum anno Domini millesimo centesimo octogesimo, apud Sanctum Laudum.

[*Cartulaire de l'abbaye de Saint Sauveur-le-Vicomte aux archives de La Manche, fol. LVI recto. Copie interpolée dans le Cartulaire au XVIe siècle.*].

N° 204.

Charte d'Odon, abbé de N.D. du Voeu près Cherbourg, faisant connaître que, pour éviter les frais d'un procès, il s'en est rapporté

(1) Guillaume de Tournebu, 1184—1202.

avec l'abbé de St Sauveur à l'arbitrage de Vivien, évêque de Coutances, de Guillaume, abbé de Montebourg, et de Pierre, abbé de Blanchelande, relativement aux difficultés qui existaient entre eux au sujet du Prieuré de St Hélier à Jersey, de l'église de St Pierre de Archet, de l'église paroissiale de St Hélier à Jersey, de la quatrième partie du bois de la foire et du Moulin de Torgistorp.

Les arbitres conclurent à ce que les parties renoncent à toute procédure, à quoi elles consentirent.

1205. **Universis** Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit. O. dictus abbas Sancte Marie de Voto juxta Cesariburgum et ejusdem loci conventus humilis eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra quod cum super prioratu Sancti Helerii de Gersoio cum pertinentiis suis inter abbatem et conventum Sancti Salvatoris ex una parte et nos ex altera mota fuisset questio et aliquantulum agitata coram venerabili patre nostro Dei gratia episcopo et cantore et Willelmo archidiacono Abrincensibus a domino papa Innocentio tercio judicibus in eadem causa delegatis demum placuit nobis hinc et inde ut nostris laboribus parceremus et expensis et ut in arbitros videlicet venerabilem patrem nostrum V[ivianum] Dei gratia Constantiensem episcopum et W[illelmum] Montisburgi et P[etrum] de Blancalanda abbates compromitteremus ratum habituri quicquid in premissa causa concordia vel judicio duxissent statuendum· Die igitur a predictus arbitris partibus assignata et nobis utrisque in earum presentia constitutis cum abbas Sancti Salvatoris super jam dicto prioratu petendo intentionem suam fundasset nobis respondentibus et alias querelas quas nos habere dicebamus contra predictum abbatem et monachos Sancti Salvatoris intentantibus videlicet super ecclesia Sancti Petri de Archet ecclesia Sancti Helerii parrochitiana et super quarta parte nemoris ferie et molendini de Torgistorp venerabiles viri predicti scilicet arbitri de consilio prudentum virorum cum eis assidentium pro bono pacis consuluerunt quod querelis prenominatise ex utraque parte motis et movendis invicem cederetur et super eisdem inter predicta monasteria pax perpetua reformaretur, in quam concordiam nos ex utraque parte unanimiter consentientes eam recepimus et firmiter approbavimus et ad omnem super premissis excludendam calumpniam scripti presentis testimonio et sigillorum nostrorum mu-

nimine duximus roborandam teste capitulo. Actum anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo quinto.

[*Cartulaire de Saint Sauveur-le-Vicomte aux archives de La Manche, fol. XLV recto, N°. 271*]

N°. 205.

Charte de Guillaume de Vauville donnant à l'abbaye de St. Sauveur l'église de St. Jean des Chênes à Jersey, et l'église de St. Pierre de Fontenay (Manche), avec le consentement de Hodierne, sa femme, et de ses fils Richard et Léon.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Willelmus de Wauvilla dedi abbatie Sancti Salvatoris ecclesiam Sancti Johannis de Caisnibus que est in insula Gersoi cum omnibus decimis et redditibus eidem ecclesie pertinentibus. Iterum dedi supradicte abbatie quicquid habebam in ecclesia Sancti Petri de Fonteneio juxta vada cum omnibus decimis et redditibus eidem ecclesie pertinentibus concedente Hodierna uxore mea cum filiis meis Ricardo et Leone. His testibus ex parte mea Ricardo presbitero de Wauvilla, Roberto de Pert, Balduino filio Adde, Philippo de Fonteneio, ex parte monachorum Malgero de Fonteneio, Ricardo Franco, Petro presbitero de Sancto Salvatore. *Circa* 1150.

[*Cartulaire de Saint Sauveur-le-Vicomte, fol. XIX recto N°. 92. Original aux archives de La Manche*].

N°. 206.

Charte notice portant que Guillaume de Vauville, Hodierne, sa femme, Richard et Léon, ses fils, donnèrent à l'abbaye de St. Sauveur toute l'église de St. Jean des Chênes à Jersey, avec les dîmes, les aumônes et toutes ses appartenances ; la chapelle de Ste. Marie (de Bonnenuit) dans ladite paroisse avec la terre y appartenant ; que le même Richard de Vauville donna à ladite chapelle douze quartiers de froment pour la nourriture des moines qui y servaient Dieu et la Sainte Vierge, ainsi que la lande de Frémont *(frigidi montis)* pour le chauffage desdits moines. Richard de Vauville fit d'autres donations dans le Cotentin à l'Abbaye.

Circa 1160–1170.

Universis Sancte Matris ecclesie filiis et filiabus tam presentibus quam futuris notum sit quod Willelmus de Galvilla et Hodierna uxor ejus et Ricardus et Leo filii sui dederunt abbatie Sancti Salvatoris perpetualiter in elemosinam omnem ecclesiam Sancti Johannis de Caisnibus que est in insula Gersoy cum omni decima et omni elemosina omnibusque aliis rebus eidem ecclesie pertinentibus. Capellam vero Sancte Marie que est in eadem parrochia dederunt cum omni terra eidem capelle pertinenti. Iterum eidem Ricardus de Galvilla dedit eidem capelle Sancte Marie pro animabus patris et matris sue fratrisque sui Leonis perpetualiter in elemosina duodecim quartaria frumenti ad victum monachorum ibidem Deo et Sancte Marie servientium et landam Frigidi Montis ad ignem ipsorum monachorum. Iterum idem Ricardus de Galvilla dedit abbatie Sancti Salvatoris dimidiam ecclesiam Sancti Petri de Fontaneto juxta vada cum omni medietate decime ejusdem ecclesie et cum medietate terre elemosine et cum omnibus aliis rebus ubicumque fuerint eidem ecclesie pertinentibus. Iterum dedit Ricardus in eadem villa Fontaneti quatuor acras terre apud Hogam de Cardonvilla abbatie Sancti Salvatoris perpetualiter in elemosina pro vavassore quem habebant monachi in Danevilla. Iterum dedit idem Ricardus de Galvilla et concessit perpetualiter in elemosina ut monachi Sancti Salvatoris capiant de fonte suo de Fontaneto aquam et ducant secundum voluntatem suam ad molendinum faciendum in terra sua. Idem vero Ricardus si voluerit medietatem molendini habebit. Philipus de Fontaneto dedit abbatie Sancti Salvatoris cumcessu domini sui Ricardi de Galvilla unam vergeiam terre perpetualiter in elemosina. Iterum Ricardus de Galvilla dedit in Barnevilla Sancto Salvatori unam domum perpetualiter in elemosina quietam ab omnibus consuetudinibus cum terra quam tenet Rannulfus Gernun. In Cesarisburgo dedit Ricardus de Galvilla Sancto Salvatori unam domum cum terra eidem domui pertinenti quietam ab omnibus consuetudinibus perpetualiter in elemosina. Dedit iterum Ricardus de Galvilla Sancto Salvatori perpetualiter in elemosina unam minam frumenti quando corpora patris et matris sue translata sunt de veteri abbatia in novam. Iterum idem Ricardus dedit Sancto Salvatori perpetualiter in elemosina omnem terram quam de eo tenebat Herveus filius Turstini apud Barnevillam quam idem Ricardus emerat

centum solidis a Ranulfo de Bocleio concedentibus nepotibus suis Hamelino et Willelmo Pinellis.

[*Cartulaire de Saint Sauveur-le-Vicomte, fol. XIX verso. N° 96. Original et copie de 1461 aux archives de La Manche*].

N° 207.

Charte notice portant que Richard de Vauville fit à l'abbaye de St Sauveur diverses donations dans le Cotentin, entre autres, la moitié de l'église de St Pierre de Fontenay, et qu'il confirma le don fait à l'abbaye par Eudes de Sottevast de la terre de Robert Hordellon et de son frère en l'île de Jersey ; qu'il donna à la même abbaye quatre acres de terre pour quatorze quartiers de froment, dont neuf furent donnés pour compléter l'aumône de Ste Marie de la chapelle (de Bonnenuit) de Jersey, et dont cinq étaient dus à ladite abbaye. Donations faites avec le consentement de son neveu Richard fils Léon.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod *Circa* 1180. Ricardus de Vauvilla dedit abbatie Sancti Salvatoris et monachis ibidem Deo servientibus medietatem ecclesie Sancti Petri de Fontaneto pro anima sua [et] pro animabus patris et matris sue et Leonis fratris sui et omnium antecessorum suorum in perpetuam elemosinam et quatuor acras terre in eadem villa in campestribus mutuationem scilicet pro elemosina quam mater sua dederat monachis in Danevilla hiis testibus Philippo Rufo, Roberto pretore, Roberto filio Willelmi, Willelmo pulchro, Roberto magno et aliis multis. Iterum idem Ricardus predicte abbatie dedit in burgo Barneville unam domum quam tenebat de eo Ranulfus Raimbout et juxta Barnevillam domum aliam et terram quam Ricardus filius Hervei tenebat de eo. Iterum sciendum est quod Ricardus de Vauvilla concessit et sigillo suo confirmavit donum quod Eudo de Sothevast dederat prefate abbatie scilicet terram Roberti Hordeillun et fratrum ejus quam predictus Eudo tenebat de eo in insula Gersoy. Iterum sciendum est quod Ricardus de Vauvilla dedit predicte abbatie medietatem molendini quem habebat in parrochia Groville, et apud Cesarisburgum unam domum quam Robertus Bolot tenebat de eo. Iterum Ricardus de Vauvilla dedit abbatie Sancti Salvatoris quatuor alias acras terre pro xiiij. quarteriis frumenti quorum novem data sunt ad perficiendam elemosinam Sancte

Marie de capella Gersoy, quinque vero persolvit abbatie pro debito quodam quod ei debebat. Hec omnia dedit et confirmavit predictus Ricardus concedente Ricardo nepote suo filio Leonis fratris sui. His testibus Roberto priore de Vauvilla, Philippo Taissun, Willelmo Hascart, Radulfo de Chingehalla, Symone de Sancte Marie ecclesia et aliis multis.

[*Cartulaire de Saint Sauveur-le-Vicomte et copie de 1461 aux archives de La Manche, fol. XIX recto, N°. 91*].

N°. 208.

Charte notice portant que Guillaume fils Rogues donna à l'abbaye de St. Sauveur la terre qu'il avait à Fontenay et partie de l'église ; que Guillaume de Vauville donna à la même abbaye l'église de St. Jean des Chênes à Jersey avec la dîme de toute la paroisse, une vergée de son fief, une acre de terre que donna Baudouin, fils Ade, laquelle dépendait du fief de Guillaume de Vauville ; que cette donation fut faite du consentement de Richard et de Léon, fils de Guillaume et d'Hodierne, sa femme ; que Guillaume de Vernon, son seigneur, confirma cette donation en présence de Robert Bertram, d'Odon, son chapelain, de Guillaume de St. Martin, de Robert Merle, de Richard de Vauville, de Raoul de Bequeville, d'Osmond de Bricquebec, à Pierreville [1] et que les vavasseurs de Botteville firent donation de leur partie de l'église de Hermelande à la même Abbaye. Guillaume de Vernon, comme seigneur, confirma toutes les donations mentionnées dans cette charte.

Circa 1150. **Notum** sit omnibus tam presentibus quam futuris quod Willelmus Rogonis filius dedit abbatie Sancti Salvatoris de Constantino totam terram quam habebat in Fontaneio partemque ecclesie ad predictam terram pertinentem in elemosino perpetuo quietam et absolutam pro remissione peccatorum suorum ac pro animabus patris et matris sue omniumque suorum antecessorum, his testibus Ricardo de Angervilla, Symone de Grestenvilla, Ranulfo filio Rosce, Willelmo Folberto, Racino et Nigello filio Hugelini quam donationem concessit et confirmavit Willelmus de Vernone dominus ejus similiter in elemosina pro se suisque predecessoribus a quo predictam terram tenebat.

(1) Il est douteux s'il s'agit ici de Pierreville à St. Clément, Jersey, ou de Pierreville *alias* Magneville (Manche).

Hiis testibus Willelmo de Redvers, Brienno Dapifero, Willelmo de Morevilla, Willelmo de Salceio, Jordano d Oglandres, Gaufrido de Hainou.

Iterum sciendum quod Willelmus de Wavilla dedit abbatie Sancti Salvatoris ecclesiam Sancti Johannis de Caisnibus que est in insula Gersoi cum omni decima totius parrochie et unam virgeiam de feodo suo unamque acram terre quam dedit Balduinus filius Ade in eadem villa de supradicto feudo Willelmi in qua decima totius ville coadunetur apte ad opus monachorum concedentibus filiis suis Ricardo majore natu, Leone minimo similiter et Hodierna uxore sua pro anima patris sui qui eam primitus dedit eidem abbatie et pro animabus omnium antecessorum et successorum suorum, his testibus Willelmo de Redvers, Alveredo, Willelmo Carbonello, Ricardo Malbeench. Quam donationem concessit et confirmavit Willelmus de Vernone dominus ejus pro Dei amore et pro se suisque predecessoribus a quo predictam ecclesiam tenebat. His testibus Roberto Bertran, Odone capellano suo, Willelmo de Sancto Martino, Roberto Merlo, Ricardo de Valvilla, Radulfo de Begelvilla minimo, Osmundo de Bricheboc apud Perresvillam.

Iterum etiam sciendum est quod vavassores Boteville dederunt predicte abbatie scilicet Herveus presbiter, deinde Robertus filius Hugonis et Radulfus filius Rogerii et Radulfus filius Siboit, deinde Robertus filius Grentonis quicquid habebant in ecclesia Sancti Hermelandi cum omnibus decimis suis et elemosinis eidem ecclesie pertinentibus. Eodem vero die quo hec carta firmata atque sigillata fuit idem dominus noster Willelmus de Vernun concessit quod si quis hominum suorum supradicte abbatie Sancti Salvatoris in elemosina aliquid dare voluerit libere pro anima sua donet quia ipse concessit.

[*Cartulaire de l'abbaye de Saint Sauveur-le-Vicomte, fol. XIX verso et XX recto. N° 97 et copie de 1461. Archives de La Manche*].

N° 209.

Charte de Guillaume Suen donnant aux moines de St Sauveur toute la terre qu'il possède dans la paroisse de St Jean des Chênes à Jersey ; toute la terre et ses hommes d'Anneville, par Gonneville, en

Normandie, etc. Ces donations sont ratifiées par Adelelmus Aguillun, neveu du donateur, franches de toutes réclamations de sa part ou de celles de ses héritiers.

1154. **Anno** ab incarnatione Domini millesimo centesimo quinquagesimo quarto, Ego Willelmus Suen, Jhesu Christi miseratione permotus, do et concedo perhenniter in elemosina abbatie Sancti Salvatoris et monachis ibidem Deo servientibus pro salute anime et corporis mei et pro animabus omnium parentum et amicorum meorum omnem terram quam habeo in parrochia Sancti Johannis de Quercubus de Insula Gersoi. Concedo etiam predicte abbatie omnem terram et homines quos habeo in Ansnevilla que est juxta Gonnovillam et quicquid habeo in ecclesia et in maresco et in dico ipsius Ansleville et omnem terram quam habeo in Lutumeria similiter in elemosina perpetualiter. Et quia volo et cupio ut hec donatio elemosinarum mearum sit firma et ex utraque parte corroborata meo proprio sigillo hanc cartam confirmo. Et ego Adelelmus Aguillun hanc omnem donationem elemosinarum istius Willelmi Suen avunculi mei concedo et proprio ore meo confirmo perhenniter in elemosina quietam ab omnibus rebus michi et omnibus parentibus meis pertinentibus; hoc similiter concedo sicut avunculus meus Willelmus pro salute anime mee et pro animabus omnium parentum et amicorum meorum, his testibus Ricardo et Philippo archidiaconis Constantiensis ecclesie, Osberno cantore.

[*L'original existant aux archives de La Manche et privé du sceau dont il était revêtu*].

N° 210.

Charte de Richard, Évêque de Coutances, confirmant la donation d'aumônes faites par Guillaume Suen, de Gonneville, à l'abbaye de St Sauveur, du consentement de son neveu, Adelelmus Aguillun. (Voir Charte N° 209).

1154. **Anno** ab incarnatione Domini millesimo centesimo quinquagesimo quarto Ego Ricardus Dei gracia Constanciensis episcopus concedo et auctoritate episcopali scriptique presentis et sigilli nostri munimine confirmo donationem elemosinarum quam fecit Willelmus Suen de Gonnovilla abbatie Sancti Salvatoris pro salute sua omnium-

que parentum et amicorum suorum concedente Adelelmo Agullun et aliis parentibus suis, scilicet omnem terram quam habebat in parrochia Sancti Johannis de Quercubus in insula de Gersuz et omnem terram quam habebat in Anslevilla que est prope Gonnovillam et quicquid habebat in ecclesia et in maresco et in dico ipsius Ansleville et omnem terram quam habebat apud Lutumeriam. Hec vero donatio facta fuit meo assensu coram Osberto cantore nostro et archidiaconis nostris Ricardo et Philippo et eisdem testibus. Si quis autem temerario ausu auferre aut diminuere temptaverit anathematis vinculo innodetur custodienti vero eam sit benedictio et pax in eternum.

[*Cartulaire de l'abbaye de Saint Sauveur-le-Vicomte, fol. XLVI recto, N° 277, archives de La Manche*].

N° 211.

Charte de Roger Wach donnant à l'abbaye de St Sauveur le revenu, qui lui appartenait, et provenant de la terre dans la paroisse de St Jean des Chênes en l'île de Jersey, concédée par Guillaume Suen, terre qui est du fief dudit Roger ; à savoir deux sols et demi d'Anjou.

Sciant presentes et futuri quod Ego Rogerus Wach dedi 1154.
abbatie Sancti Salvatoris et monachis ibidem Deo servientibus redditum michi pertinentem de terra quam Willelmus Soein dedit eis in insula Gersoii in parrochia Sancti Johannis de Quercubus que est de feudo meo, videlicet solidos duos et dimidium Andegavensium et quicquid michi pertinebat de terra illa dedi eis ut habeant eam et possideant liberam et quietam in perpetua elemosina pro anima mea et pro animabus patris et matris mee et omnium antecessorum meorum. Hujus donationis sunt testes Nicholaus de Valoniis, Senescal frater ejus, Willelmus prepositus de Esmerg............... Gaufridus Boisson, Alveredus, Willelmus clericus, pro anima Hugonis Wach.

[*Cartulaire de l'abbaye de Saint Sauveur-le-Vicomte, XLV verso, XLVI recto, N° 276*].

N° 212.

Charte d'Eudes de Sottevast donnant à l'abbaye de St Sauveur la terre qu'il avait en l'île de Jersey et que tenaient de lui Robert Hordelun et ses frères ; et autres terres et rentes en Normandie.

Pour la confirmation de cette donation par le seigneur, Richard de Vauville, voir N° 207.

Circa 1150. **Notum** sit omnibus tam presentibus et futuris quod ego Eudo de Sothewast dedi et concessi abbatie Sancti Salvatoris terram quam habebam in insula Gersui quam tenebat de me Robertus Hordelun et fratres ejus. Dedi etiam prefate abbatie ad Surtevillam in hamello qui vocatur Culusle terram [quam] Rogerius Bercarius tenuit que reddit sex boissellos frumenti ad mensuram ejusdem ville et apud Tourevillam tres quartarios frumenti in parte mea molendini ejusdem ville. Iterum dedi et concessi predicte abbatie unum sextarium frumenti in molendino meo de Sothevast ad mensuram mei granarii annuatim ad festum Sancti Michaelis. Hec omnia dedi et concessi perpetualiter in elemosina predicte abbatie pro salute mea et pro salute animarum patris matris mee omniumque antecessorum meorum et sigilli mei munimine libera et quieta ab omnibus rebus michi pertinentibus confirmavi. His testibus Stephano fratre meo, Roberto de Kerkevilla, Willelmo et Eudone filiis ejus, Radulfo Baillol.

[*Cartulaire de l'abbaye de Saint Sauveur-le-Vicomte, fol. XLV recto, N° 272, archives de La Manche*].

N° 213.

Charte par laquelle Thomas, Colin, Philippe, Robert et Jean Malzard, fils et héritiers de feu Richard Malzard confirment le don fait par Robert de la Hougue, leur oncle, à l'abbaye de St Sauveur de tout le fief que Nicholas Pevrel tenait dudit Robert et de leur père en la paroisse de St Jean des Chênes ; lesdits frères donnent en même temps à l'abbaye deux boisseaux de froment de rente, la moute du fief dudit Nicholas, les faisances et les services de leur moulin en ce qui concerne ledit fief, et ce, en échange d'une acre de terre que les moines leur donnèrent entre le Clos de La Rue et les landes Uslees.

1260 **Notum** sit omnibus presentibus et futuris quod ego Thomas et Colinus, Philipus et Robertus et Johannes dicti Malesars filii et heredes Ricardi Malesars defuncti concedimus et confirmamus donum quod fecit Robertus de Hoga avunculus noster de assensu Ricardi jamdicti patris nostri religiosis viris abbati et conventui Sancti Sal-

vatoris vicecomitis de Constentino super feodo toto quod de dicto Roberto et patre nostro tenebat Nicolaus dictus Pevrel in parrochia Sancti Johannis de Quercubus tam in homagio quam in redditibus tenendum et habendum in puram et perpetuam elemosinam. Et quia super dicto feodo de dicto Nicholao percipiebamus duos bussellos frumenti annui redditus et moltam totius feodi dicti Nicholai ac etiam faciebat fesantias et servicia nostri molendini una cum aliis hominibus nostris Nicholaus antedictus, nos damus et concedimus eisdem religiosis in puram liberam et perpetuam elemosinam predictos duos bussellos et dictam moltam et fesantias et servicia supradicta et quicquid juris et jurisdictionis habebamus et habere possemus et nobis et heredibus nostris posset accidere et evenire super toto dicto feodo dicti Nicholai in excambium pro una acra terre quam nobis dederunt et concesserunt dicti religiosi sitam inter clausum Rue et landas Uslees que fuit de feo[do] nostro tenendam et habendam nobis et heredibus nostris absque aliqua reclamatione dictorum religiosorum et successorum suorum in parrochia supradicta universa et singula damus concedimus confirmamus dictis religiosis in puram liberam et perpetuam elemosinam sine aliqua reclamatione nostri et heredum nostrorum in posterum facienda. In cujus rei testimonium et munimen presentem cartam sigillis nostris duximus roborandam. Actum anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo die Mercurii in Octabis beate Marie Virginis purificationis.

[*Cartulaire de l'abbaye de Saint Sauveur-le-Vicomte, fol. XLV verso, N° 275, et copie du 21 décembre 1461. Archives de La Manche*].

N° 214.

Charte notice portant que Symon de la Hague, chevalier, donna à l'abbaye de St Sauveur, toute la terre qu'il avait en l'île de Jersey, en la paroisse de St Pierre du Désert ; donation qui fut ratifiée par Robert Bertram, suzerain du donateur, puis par Geoffroy, son frère, et par Guillaume fils dudit Robert.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod *Circa* 1140.
Symon, miles, de Haga dedit abbatie Sancti Salvatoris in elemosina

totam terram suam quam habebat in insula de Gersuz que sita est in parrochia Sancti Petri de Deserto pro anima sua et pro animabus omnium antecessorum suorum his testibus Odone et Radulfo capellanis, Hugone de Sancta Maria, Godefrido de Buissun. Quam donationem concessit Robertus Bertrannus dominus ejus in vita sua.

Circa 1155. Deinde post mortem ipsius Gaufridus frater ejus et Willelmus ejusdem Roberti filius hanc donationem concesserunt proprioque sigillo suo confirmaverunt pro animabus suis et hoc concessu et precepto Regis Anglorum. Hiis testibus Hugone Tellardo, Jordano de Sulleio, Alexandro de Botemont, Adam de Sotevast, Hugone de Sancta Maria, Gisleberto pincerna, Gaufrido de Prestevilla, Hunfrido Baart, Willelmo de Sancto Martino.

[*Cartulaire de l'abbaye de Saint Sauveur-le-Vicomte, fol. XLIV verso et XLV recto, N°. 269. Archives de La Manche*].

N°. 215.

Charte notice portant que Richard d'Ouville [1] donna à l'abbaye de St. Sauveur toute la dîme de sa terre des Mouriers et de St. Pierre du Désert, avec une acre de terre que tenait Anquetil Mosir, près la chapelle de Ste. Marie de Malenuit. [2]

Circa 1170. **Notum** sit omnibus tam presentibus quam futuris quod Ricardus de Ouvilla dedit abbatie Sancti Salvatoris omnem decimam totius terre sue des Morers et de Sancto Petro de Deserto et unam acram terre quam tenebat Anschetillus Mosiz juxta capellam Sancte Marie de Mala Nocte que est in insula Gersoi pro anima sua omniumque antecessorum suorum in elemosina. His testibus Rogero de Sancto Martino, Roberto Saswalo, Radulfo presbitero de Sancto Johanne, Willelmo Viviano.

[*L'original aux archives de La Manche, et revêtu d'un sceau en cire verte*].

(1) D'Ouville est le nom d'une famille normande bien connue, mais Dupont (vol. i, p, 481) imprime "d'Ourville". Le fief d'Orville, autrement Le Mourier, situé dans les paroisses de St. Pierre et de St. Jean, en toute probabilité représente le fief de Richard d'Ouville (Voir Rôle d'Assise 1309, p. 249, et Extente de 1331, pp. 37, 62).

(2) Nous ne savons rien de l'emplacement de cette chapelle.

N° 216.

Lettre de Robert, (de Harcourt) évêque de Coutances, adressée au Doyen de Jersey. Il lui mande de mettre en possession de l'église de St Pierre du Désert, vacante par la mort de Thomas Malherbe, Guillaume Payn, présenté par les religieux de St Sauveur-le-Vicomte.

La lettre contient la formule du serment que devra prêter le nominataire.

Robertus miseratione divina Constanciensis episcopus decano de insula Gersoii salutem in Domino. Tibi mandamus quatinus Guillelmum dictum Paen rectorem ecclesie Sancti Petri de Deserto quam sibi caritatis intuitu contulimus ad presentationem religiosorum virorum abbatis et conventus monasterii Sancti Salvatoris vicecomitis nostre diocesis cum omnibus juribus, pertinentiis, redditibus, fructibus et obventionibus universis liberam nuper et vacantem per mortem Thome Malerbe quondam rectoris ejusdem quemque investivimus per nostrum anulum presencialiter de eadem auctoritate nostra instituas in dicta ecclesia et in possessionem corporalem inducas, libros, utensilia et vestimenta necnon et ornamenta omnia que ibidem inveneris sibi tradens ea conscribi facias in majori libro dicte ecclesie, inquisitione, si necesse fuerit, super hec prehabita diligenti. Idem vero Guillelmus propositis Sacrosanctis euvangeliis in forma que sequitur coram nobis prestitit corporaliter juramentum : Ego Guillelmus predictus juro me facturum continuam residenciam in ecclesia mea predicta nisi mecum ab eo qui super hoc potestatem habuerit fuerit dispensatum. Juro etiam canonicam obedientiam servare et vobis Reverende pater et domine et omnibus successoribus vestris canonice intraturis necnon et officialibus vestris, bona dicte ecclesie mee non alienabo, alienata revocabo proposse, alioquin vobis vel officiali vestro illud nunciare curabo. Datum apud Bonum Fossatum, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, die Martis post ramos palmarum.—Waltero.

1293, 24 Mars. (n. s.)

[*L'original aux archives de La Manche*].

N° 217.

Lettre du Doyen de Jersey notifiant que dans le procès entre le Prieur du Prieuré de St Pierre du Désert et le Recteur de l'église de St Pierre [1] au sujet des dîmes des blés et légumes du clos de Richard Varin, proche la maison dudit Richard, il fut trouvé tant par l'admission dudit Recteur que par les dépositions de témoins, que le

(1) Guillaume Payn.

Recteur s'était emparé sans droit desdites dîmes, qui appartiennent au Prieur.

1306, 11 Août. **Universis** hic visuris Decanus de Gersoio salutem in Domino. Noveritis quod cum contentio verteretur inter priorem prioratus Sancti Petri de Deserto et rectorem ecclesie dicti loci super decimis bladorum et leguminum crescentium in clauso Ricardi Varin juxta mesnagium dicti Ricardi tandem inventum fuit et repertum tam per confessionem dicti rectoris quam per testes quod dictus rector injuste occupaverat decimas dicti clausi tempore preterito et quod dicte decime dicti clausi usque in quadam valle dicti clausi pertinent et pertinere debent ab antiquo dicto priori et ejus participibus. Quod omnibus quorum interest per presentes litteras sigillo Decanatus de Gersoio sigillatas significamus. Actum anno Domini millesimo trecentesimo sexto, die Jovis post festum Sancti Laurentii martiris.

[*L'original aux archives de la Manche*].

Nº 218.

Lettre ou jugement du Doyen de Jersey, rendant obligatoire un accord intervenu entre Guillaume Le Fevre, Prieur du prieuré de St. Pierre du Désert, Procureur de l'abbaye de St. Sauveur-le-Vicomte, et Guillaume Payn, Recteur de l'église de St. Pierre, au sujet de certaines dîmes de blés et de légumes que le Recteur prétendait lui appartenir comme novales. Le Recteur aura, à l'avenir, les dîmes des novales dont étaient en paisible possession Nicholas le Galicien et Thomas Malherbe, ses prédécesseurs dans la cure de St. Pierre. La sentence est rendue en présence de Richard (le Pestour) Recteur de St. Brelade, de Jean de St. Martin, prêtre, de Thomas le Prévost et de Guillaume Paris, prêtres, de Jourdain et de Philippe Horman, et de Pierre le Marchant et autres dignes de foi.

1306, 11 Août. **Universis** presentes litteras inspecturis Decanus de Gersoio salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod cum contentio verteretur seu verti speraretur inter virum religiosum fratrem Guillelmum dictum Fabrum priorem prioratus Sancti Petri de Deserto in predicta insula Gersoii ac procuratorem virorum religiosorum abbatis et conventus monasterii Sancti Salvatoris vicecomitis sufficienter instructum nomine prioratus predicti et nomine procuratorio dictorum religiosorum ex una parte et Guillelmum Pagani presbiterum rectorem ecclesie Sancti Petri predicti ex altera nomine dicte ecclesie super quibusdam decimis bladorum et leguminum existentibus infra

metas parrochie Sancti Petri predicti quas quidem decimas dictus rector dicebat et asserebat ad se pertinere ratione dicte ecclesie sue predicte et easdem reputabat pro novalibus, dicto priore contrarium asserente, tandem de bonorum virorum consilio actum fuit et conventum inter partes predictas quod dictus rector habebit de cetero solummodo omnes decimas novalium de quibus dominus Nicholaus Le Galicien et dominus Thomas Malerbe quondam rectores ecclesie predicte ejusdem Guillelmi predecessores erant in possessione pacifica tempore quo decesserunt seu eorum alter et de omnibus terris existentibus in dicta parrochia redactis de novo ad culturam et amodo redigendis post mortem dictorum rectorum vel alterius eorumdem nisi dicte terre alias vel antea redacte fuerant ad culturam vel etiam laborate absque impedimento seu molestatione aliqua a dicto priore vel ejus successoribus in dictis novalibus de cetero facienda, acto et convento expresse inter partes predictas quod si ipsi vel eorum alter seu successores eorum vel alterius eorumdem aliquid de jure alterius ceperit, levaverit, occupaverit de cetero et habuerit quod ille qui super premissis inventus seu repertus fuerit culpabilis dum tamen constare poterit per duodecim testes, vel minus si partes consenserint bonos et fidedignos tamen, parti alteri solvet decem libras turonensium et reddet nomine pene tanquam commisse sine aliquo strepitu judiciali, ad que premissa omnia et singula tenenda et fideliter adimplenda dicti prior et rector nominibus quibus supra sub prestitis ab eisdem juramentis coram nobis promiserunt et obligaverunt se et successores suos et omnia bona sua mobilia et immobilia presentia et futura. Et nos ipsos presentes et ad hec consentientes sentencialiter condempnamus. Actum de consensu partium predictarum coram nobis personaliter comparentium, anno Domini millesimo trecentesimo sexto, die Jovis in crastino Sancti Laurentii martyris, hiis presentibus domino Ricardo rectore ecclesie Sancti Breelardi, domino Johanne de Sancto Martino presbiteris, Thoma Le Prevost et Guillelmo Paris clericis, Jordano et Philippo dictis Horman, Petro Le Marchaant et aliis fide dignis. Actum ut supra.

[*L'original aux archives de La Manche*].

N° 219.

Lettre du Doyen de Jersey relative à certain procès entre Guillaume Le Fevre, Prieur du prieuré de St Pierre du Désert, et Guillaume Payn, Recteur de l'église de St Pierre, au sujet des dîmes des blés et des légumes croissant dans quatre clos de ladite paroisse de St Pierre dans la vallée de Crapoudoit ; le premier clos, appartenant

à Colin Tourgis, situé près le ménage de Geoffroy Anley et aboutissant au Marais de Crapoudoit[1] ; le second clos, appartenant à Geffroy Anley et à Jacquet de Vinchelez, situé près du premier clos et aboutissant aussi audit marais ; le troisième clos, appelé le clos neuf, et appartenant à Robert Anley, prêtre, situé près du deuxième clos et aboutissant aussi audit marais ; le quatrième clos, appelé le clos du Heney, et appartenant au même Robert, situé près de la terre de Geoffroy Anley et aboutissant aussi audit marais.

A l'enquête tenue, les témoins, Robert Ranulf (clerc), Godefroi Pouchin, Laurens Falu, Raoul de Crapoudoit, Thomas Anley, Raoul Jean, Raoul Le Nantais, Guillaume de la Mielle, Alice des Viez, Alice femme de Jourdan de la Mielle et Rauline Jourdan, déclarèrent par serment que les dîmes de blé et des légumes croissant dans ces clos appartenaient audit Prieur, sauf la quatrième partie d'une vergée, ou environ, de terre novale, qui est dans ledit clos de Heney.

Dont acte sous le sceau du Doyen.

1306, 21 Août. **Universis** hec visuris Decanus de Gersoio salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod cum contentio moveretur inter virum religiosum fratrem Guillelmum dictum Fabrum priorem prioratus Sancti Petri de Deserto in Gersoio et Guillelmum Pagani rectorem ecclesie Sancti Petri predicti ex altera super decimis bladorum et leguminum crescentium in quatuor clausis existentibus infra metas parrochie Sancti predicti in valle de Crapoutdoit, quorum clausorum primum est situm juxta masnagium Gaufridi Aulet ex uno latere et butat ex uno buto super mariscum de Crapoutdoit, et est Colini Tourguis. Secundum est juxta supradictum clausum ex uno latere et butat similiter super predictum mariscum et est Gaufridi Aulet et Jaqueti de Vinceleis. Tercium est juxta clausum ultimo supradictum ex uno latere et butat similiter super predictum mariscum ex uno buto et vocatur vulgaliter novum clausum et est domini Roberti Aulec[2] presbiteri. Quartum est juxta terram Gaufridi Aulec ex uno latere et butat similiter ex uno buto super predictum mariscum et vocatur vulgaliter clausum du Heney et est similiter domini Roberti Aulec presbiteri. Tandem inquisitione facta a nobis per testes inferius nominatos et ascriptos videlicet Robertum Ranulfi clericum, Godefridum Pouchin, Laurentium Falu, Radulfum de Crapoutdoit, Thomam Aulec, Radulfum Johannis, Radulfum Le Nanteis, Guillelmum de La Miele, Aliciam des Viez, Aliciam uxorem Jordani de la Miele et Raalinam Jordani, qui dixerunt per eorum sacramenta quod

(1) On peut identifier la vallée et le marais de Crapoudoit avec la vallée et le marais de St. Pierre de nos jours. Les clos étaient situés proche le village de Beaumont.
(2) *Sic.*

decime bladorum et leguminum crescentium in predictis clausis pertinent dicto priori et ejus participibus, excepta quarta parte unius virgate terre redacta de novo ad culturam vel eo circa, et terra que adhuc redigenda est ad culturam in clauso quod, ut prefertur, vulgaliter vocatur clausum du Heney. Quod omnibus quorum interest per presentes litteras sigillo decanatus de Gersoio sigillatas significamus. Actum anno Domini millesimo trecentesimo sexto, die dominica post assumptionem beate Marie Virginis.

[*L'original aux archives de La Manche*].

Nº 220.

Collation par Eustace, Vicaire de l'Evêque de Coutances,[1] à Robert Le Vavasseur de l'église de St. Pierre du Désert, vacante par la mort de Richard de St. Gilles, et dont le patronage appartient à l'abbé de St. Sauveur-le-Vicomte. Il mande au Doyen de Jersey et à Jean Payn, Recteur de St. Clément, ou à l'un d'eux, de mettre le nouveau Recteur en possession dudit bénéfice.

Universis presentes litteras inspecturis et audituris Eustacius vicarius et spiritualibus et temporalibus venerabilis et reverendi patris ac domini domini Ludovici Dei gracia Constanciensis episcopi in remotis notorie nunc agentis officialisque Constanciensis salutem in Domino. Noveritis quod nos anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo octavo, die Veneris ante festum purificationis beate Marie Virginis ecclesiam parrochialem Sancti Petri de Deserto in insula de Gerseyo Constanciensis diocesis liberam et vacantem per mortem Ricardi de Sancto Egidio novissimi rectoris ejusdem ad presentationem religiosorum virorum abbatis et conventus monasterii Sancti Salvatoris vicecomitis ordinis Sancti Benedicti dicte diocesis ad quorum jus patronatus dicte ecclesie et presentandi ad eandem noscitur pertinere Roberto Vavassori clerico dicte diocesis conferimus et contulimus intuitu caritatis una cum ipsius juribus et pertinentiis universis ipsumque per tradicionem libri nostri missalis investivimus presentialiter de eadem omnibusque et singulis ecclesie pertinentibus. Inde est quod vobis decano de Gersoyo et Johanni Pagani rectori ecclesie Sancti Clementis in insula predicta et vestrum cuilibet tenore presentium committimus et mandamus quatinus alter vestrum

1349, 30 Janv. (n. s.)

(1) Louis d'Erquery, Evêque 1345—1370, visita très rarement son diocèse.

ad hoc alterum non expectans ad dictam parrochialem ecclesiam personaliter accedentes ejusdem ecclesie Sancti Petri de Deserto rectorem inducatis in corporalem possessionem ejusdem ecclesie jurium cum ejusdem pertinentiis universis, adhibitis circa hec solempnitatibus in talibus debitis et consuetis nosque certificare curetis cum vestrarum testimonio litterarum super hoc quod per vos factum fuerit de premissis. Vobis enim et vestrum cuilibet in solidum quo ad hec et ea tangentia tenore presentium committimus vices nostras. Idem vero Robertus rector coram nobis prestitit corporaliter juramentum quod ipse dicto patri reverendo ejusque successoribus canonice instituris et eorum vicariis et officialibus reverentiam et obedientiam canonicas prestabit juraque et libertates ipsius ecclesie sue observabit nec alienabit et alienata pro posse revocabit vel faciet revocari et reclamabit ac in dicta ecclesia sua residentiam faciet personalem et se faciet in futurum annum ad sacros ordines promoveri per reverendum dictum patrem aut alium super hoc habentem potestatem nisi fuerit sibi super hoc dispensatum. In cujus rei testimonium sigillum curie quo in talibus utimur presentibus est appensum. Actum anno Domini millesimo trecentesimo quadragesimo octavo.

[*L'original aux archives de La Manche*].

Nº 221.

Jacques de Briqueville, Maître ès Arts, Recteur de l'église de St Pierre du Désert à Jersey, depuis longtemps présenté par l'abbé et les moines de St Sauveur-le-Vicomte, s'engage à ne rien réclamer auxdits religieux, dans le cas où, par suite d'hostilités, ou par tout autre motif, il ne pourrait jouir des revenus de ladite église.

1485, 22 Juin. **Ego** Jacobus de Bricqueville presbiter in artibus magister, curatus ecclesie parrochialis Sancti Petri de Deserto in insula de Gersoio Constanciensis diocesis ad eandem ecclesiam dudum presentatus per religiosos viros abbatem et conventum monasterii Sancti Salvatoris vicecomitis ordinis Sancti Benedicti ejusdem diocesis promitto et me obligo in casu quo obstante tempore hostilitatis aut alia qualibet causa non valerem aut nunc aut in futurum de dicta ecclesia et fructibus ejus gaudere nunquam dictos religiosos aut eorum monas-

terium predictum super aliqua provisione sive recompensatione michi facienda occasione dicte sue presentationis inquietare sed eos prorsus indempnes tenere et quittos in perpetuum volo permanere. In cujus rei testimonium presentes manu mea propria scribere et signeto meo manuali solito signare dignum duxi. Anno Domini millesimo cccc.[mo] octuagesimo quinto, die vigesimo secundo mensis Junii.

Jacq̃ȝ de Bricq̃ville.

[*L'original aux archives de La Manche*].

N° 222.

Charte de Guillaume (de Tournebu), Evêque de Coutances, (1184–1202) faisant connaître que l'abbé et les moines de St. Sauveur-le-Vicomte ont donné à ferme à l'archidiacre Richard de Poilley (1) la sixième gerbe de la dîme de St. Sauveur en l'île de Jersey ; la sixième gerbe de la Ste. Trinité dans la même île à Ranulf Bourgeois, clerc du même archidiacre ; et la sixième gerbe de St. Martin le Vieux à Robert Flory, prêtre.

Universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Willelmus Dei gracia Constanciensis episcopus salutem in Domino. Noverit universitas vestra dilectos in Christo filios abbatem et monachos Sancti Salvatoris tradidisse ad firmam dilecto archidiacono nostro Ricardo de Poilleio sextam garbam decime Sancti Salvatoris de insula Gersoii que ad ipsos pertinet et sextam garbam Sancte Trinitatis in eadem insula Ranulfo Burgensi clerico ejusdem archidiaconi et sextam garbam Sancti Martini vetuli Roberto Flori presbitero. Ita quod quandocunque idem monachi voluerint predictas decimas suas colligant et in usus suos pro sua voluntate convertant, vel aliis si voluerint tradant ad firmam. Testibus his Ricardo de Poilie archidiacono, magistro Ricardo Hairon, Willelmo Portepan, Ranuffo Burgensi. *Circa* 1185.

[*Cartulaire de l'abbaye de Saint Sauveur-le-Vicomte, fol. XLV verso, N° 274. Archives de La Manche*].

(1) Richard de Poilley attesta des chartes entre 1174 et 1192. (Round, pp. 179, 324, 333, 344). Pour lui et pour Richard Hairon, témoin de cette charte, voir Round, p. 181.

Nº 223.

Charte de Guillaume de Salinelles,(1) chevalier, donnant aux religieux de St Sauveur la dîme de son moulin-à-vent à Jersey.

1218. **Sciant** presentes et futuri quod Ego Willelmus de Salinellis, miles, dedi et concessi et presente carta mea confirmavi abbatie Sancti Salvatoris et monachis ibidem Deo servientibus decimam molendini mei ad ventum in Gersoio habendam et possidendam bene et in pace in puram et perpetuam elemosinam de me et heredibus meis pro salute anime mee et animarum patris et matris mee et omnium antecessorum meorum. Quod ut ratum sit et stabile scripto presenti et sigilli mei munimine roboravi. Actum est hoc anno gracie millesimo ducentesimo octavo decimo.

[*Cartulaire de l'abbaye de Saint Sauveur-le-Vicomte, fol. XLVI recto, Nº 280. Archives de la Manche*].

Nº 224.

Lettre de Guillaume de Salinelles à Hugues (de Morville), évêque de Coutances (1208–38), le priant de confirmer la donation qu'il a faite aux religieux de St Sauveur de la dîme de son moulin-à-vent à Jersey.

1218. **Spirituali** patri in Domino karissimo Hugoni Dei gracia Constanciensi episcopo Willelmus de Salinellis, miles, eternam in Domino salutem. Dominationem vestram de qua vestri gracia plurimum confido rogo et requiro attentius quatinus pro amore Dei et precum mearum, si placet, interventu confirmare velitis cartam quam feci abbati et monachis Sancti Salvatoris de decima molendini mei ad ventum in Gersoio ut exinde vobis tenear ad multiplices gratiarum actiones. Bene et diu valeat dominatio vestra.

[*Cartulaire de l'abbaye de Saint Sauveur-le-Vicomte, fol. XLVI recto, Nº 279. Archives de la Manche*].

(1) Guillaume de Salinelles attesta les Chartes Nos 14 et 96. C'était probablement son fils Guillaume qui donna à l'Abbaye de Ste Trinité de Caen en 1221 une vavassorie à Jersey. (Bull. Soc. Jer., Vol. V, p. 180–1).

Nº 225.

Charte de Guillaume d'Ouville abandonnant aux moines de Sᵗ Sauveur une paire de bottes, qu'ils lui payaient de rente annuellement.[1]

Sciant presentes et futuri quod ego Willelmus Douville dedi et concessi et quietavi abbati et monachis Sancti Salvatoris quasdam botas quas ipsi michi reddebant annuatim, pro salute anime mee et omnium antecessorum meorum et pro quindecim solidis quos ipsi michi dederunt. Quod ut ratum sit et stabile scripto presenti et sigilli mei munimine roboravi. Actum anno Domini millesimo ducentesimo nono decimo. 1219.

[*L'original aux archives de La Manche et revêtu d'un sceau—en partie brisé—sur lequel se voit en champ un oiseau*].

Nº 226.

Charte de Hugues (de Morville) évêque de Coutances, attestant qu'il résulte des chartes de Guillaume de Salinelles, chevalier, et de Guillaume d'Ouville, que ledit Guillaume de Salinelles a donné à l'abbaye de Sᵗ Sauveur-le-Vicomte la dîme de son moulin-à-vent situé à Jersey, et que Guillaume d'Ouville a fait remise à la même abbaye d'une paire de bottes, qui lui était due annuellement.

Universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Hugo Dei gracia Constanciensis episcopus salutem in Domino. Constitit nobis ex inspectione cartarum Willelmi de Salinellis militis et Willelmi de Ovilla dictum Willelmum de Salinellis pro salute anime sue et antecessorum suorum dedisse abbati et monachis Sancti Salvatoris in puram et perpetuam elemosinam decimam molendini sui ad ventum siti in Gersoio, Willelmum autem de Ouvilla remisisse et in perpetuum quietasse eisdem abbati et monachis quasdam botas quas ei annuatim reddebant. Nos autem elemosinam eorum et fac- 1219.

(1) Il est douteux si cette Charte concerne Jersey. Il paraît probable que ce Guillaume d'Ouville serait le même que Guillaume " de Dunvill ", ou " Donneville ", chevalier, seigneur du Fief d'Orville alias du Mourier, qui prit le parti des Normands (Extente, 1274, p. 17 ; Extente 1331, p. 37 ; Rôle des Assises 1309, p. 305). Dans ce cas il serait l'héritier de Richard d'Ouville, donateur de la Charte Nº 251.

tum ratum habentes id presenti carta confirmamus et sigilli nostri testimonio communimus. Actum anno gracie millesimo ducentesimo nono decimo.

[*L'original aux archives de La Manche et privé du sceau dont il était revêtu*].

N° 227.

Charte de Robert de la Hougue, fils aîné de Philippe de la Hougue, donnant (avec le consentement de ses frères) aux religieux de St Sauveur du Cotentin les tenements que tenaient de lui Richard de la Rue, Guillaume Arthur et ses parçonniers, et Onfroy Gonnor et ses frères ; ainsi qu'une acre de terre située près du Clos de Richard de la Rue. Témoins : Richard Malzard son frère, Richard Larchier, et autres. (1)

1227. **Sciant** presentes et futuri quod Ego Robertus de Houga primogenitus filius Philippi de Houga assensu et voluntate fratrum meorum dedi et concessi et hac presente carta mea confirmavi pro amore Dei abbacie Sancti Salvatoris de Costantino totum tenementum quod Ricardus de Rua tenebat de me, et totum tenementum quod Willelmus Artur et participes sui tenebant de me, et totum tenementum quod Unfridus Gonnor et fratres sui tenebant de me et unam acram terre sitam juxta clausum Ricardi de Rua. Hec predicta tenementa tenebit predicta abbatia de me et heredibus meis in puram et perpetuam elemosinam liberam et quietam ab omnibus ad me et heredes meos pertinentibus. Et habebit inde omnes redditus et exitus et servicia et omnia predictis tenementis pertinencia. Juravi etiam in capitulo predicte abbatie quod predictam elemosinam pro-posse meo ab omnibus impugnatoribus protegam et defendam et potius ampliabo quam minuam. Et si forte contigerit quod ego et fratres mei qui istam elemosinam unanimi consensu fecimus, eam predicte abbacie non possimus garantare debemus et tenemur sacramento corporaliter prestito ipsam alibi in feodo nostro rationabiliter excambire. Quod ut ratum et stabile permaneat scripto presenti et sigilli mei munimine roboravi. Testibus hiis Ricardo Malesarz fratre meo, Ricardo Larchier et multis aliis. Anno gracie millesimo ducentesimo vigesimo septimo.

[*L'original aux archives de La Manche et privé du sceau dont il était revêtu*].

(1) Cf : la charte des fils de Richard Malzard, neveu de Robert de la Hougue, N° 213.

ABBAYES DE St. HÉLIER et de CHERBOURG

(Unies vers 1186.)

No. 228.

La charte de fondation de l'Abbaye de St. Hélier par Guillaume Fils Hamon ne nous étant pas parvenue, nous avons jugé utile d'imprimer un extrait de la Chronique de Robert de Torigni (Edition de L. Delisle), qui est coté sous la date de 1185.

La date de la fondation de l'abbaye est incertaine. Dupont (i. 319), qui l'attribue vers l'année 1125, sans donner ses raisons, s'était trompé probablement par suite du fait qu'il avait assigné la date de vers 1130, au lieu de vers 1180, à la charte de Renaud de Carteret (No. 240).

A ce sujet nous savons que Guillaume Fils Hamon était de service auprès du jeune prince Henri en 1149–50, avant son accession au duché de Normandie, qu'il suivait la cour de ce prince pendant la période où celui-ci gouvernait en Normandie, et devenu Roi, pendant les douze premières années de son règne. Il atteste pendant tout ce temps maintes chartes. En 1166 il accompagna le Roi dans sa campagne en Bretagne et devint Sénéchal de Nantes. Il était encore en Bretagne en 1168 et signe comme Sénéchal en 1172. Nous avons la certitude qu'il fut témoin d'une charte en 1173, et il y a lieu de croire qu'une autre attestation par lui peut être quelque peu postérieure à cette date.

Guillaume mourut probablement vers 1176. (Consultez Delisle, Actes de Henri II; Introduction, p. 479; et Recueil, Tome i, pp. 14–15, 402, 405–6, 420, 581; et Tome ii, pp. 11, 74).

Un examen de ces dates infirme la probabilité que Guillaume ait pu fonder l'Abbaye de St. Hélier dès l'année 1125. Nous serions plutôt porté à croire que cet évènement eut lieu vers l'année 1155.

Dominus Walterus, Rothomagensis archiepiscopus, impetravit a 1185.
domino nostro Henrico, rege Anglorum, ut abbatia Sancti Elerii, quæ est in insula Gersoii, quam Willelmus filius Hamonis fecerat in eadem insula consilio et auxilio domini regis, jungeretur abbatiæ de Voto, quæ est juxta Cæsaris Burgum, quam imperatrix mater Henrici regis ædificaverat. Erat autem tripliciter ditior, tam in Normannia quam in

Anglia, quam abbatia de Voto. Erat vero utraque de ordine Canonicorum regularium. Facta est itaque abbatia de Voto mater et caput, habens et perhenniter possidens abbatiam de Insula et omnia sibi pertinentia.

Nº 229.

Charte de Rotrou, archevêque de Rouen, adressée à l'abbé et aux frères de l'Abbaye de Ste Marie de Cherbourg. Considérant que les Abbayes de St Hélier dans l'Ile de Jersey et de Ste Marie de de Cherbourg sont trop pauvres pour pouvoir se développer, l'archevêque décide qu'il serait fait des deux un seul troupeau avec un seul pasteur. (1) Il confère donc l'Abbaye de Cherbourg à Benjamin, Abbé de St Hélier, et il réduit à l'état de prieuré l'Abbaye de St Hélier.

Circa 1179. R. Dei gracia Rothomagensis archiepiscopus abbati et fratribus monasterii Sancte Marie apud Cesarisburgum constitutis eorumque successoribus in perpetuum. Hortatur et ammonet pontificalis officii sollicitudo super ecclesiis in provincia Normannie maximam curam gerere, ipsarum ordinationibus pastoralem diligentiam impendere, et ut in illis per misericordiam Dei semper plenus ordo vigeat vigili cura providere. Cujus considerationis intuitu monasterii statum quod in honore beati Elerii in insulis de Gerseii situm esse dinoscitur et alterius cujusdam quod apud Cesarisburgum in honore beate Virginis exstructum est attendentes et utriusque paupertati cujus incommodo dilatari non poterant pariter consulentes decrevimus ut unus pastor (1) et unum ovile ex illis fieret utriusque et possessionibus posset ampliari et religioni melius ut decet deserviretur in posterum. Prefata itaque monasteria de ecclesie nostre consilio et domini Regis assensu abbatis unius amministrationi atque dominio committtentes, monasterium Sancte Marie Beati Elerii abbati Benjamino omni consideratione prehabita nostra pontificali auctoritate in perpetuum conferentes, monasterium de Gerseii in prioratum reduximus, eidem abbati, consentientibus hinc inde fratribus, plenam amministrationem et integram tam in spiritualibus quam in temporalibus concedentes. Ne qua igitur inter fratres possit in posterum, quod absit, suboriri con-

(1) Pastor = advocatus : une personne choisie par un monastère pour soutenir ses droits dans les Cours.

tentio hec omnia presentis auctoritate statuimus scripti et sigilli nostri munimine roboramus.

[*L'original, mal conservé, aux archives de La Manche et privé du sceau dont il était revêtu*].

N° 230.

Charte de Gautier, Archevêque de Rouen. Il a vu une charte de Rotrou, son prédecesseur, qui déclarait, avec le consentement du Roi, unir l'Abbaye de Ste Marie de Cherbourg et l'Abbaye de St Hélier des Iles, ordonnait que le siège de l'abbé serait à Cherbourg, et qu'il y aurait en la Maison de St Hélier cinq chanoines au moins y demeurant sous les ordres de l'Abbé. Afin que l'union des deux maisons ne puisse être troublée à l'avenir, l'Archevêque Gautier confirme ladite charte de son prédécesseur.

Walterus Dei gracia Rothomagensis archiepiscopus omnibus 1185–1189.
sancte matris ecclesie filiis ad quos presens scriptum pervenerit salutem in Domino. Cum teneamur omnibus subditis nostris paterna provisione adesse, viros religiosos quorum honestam conversationem et laudabilem vitam esse manifestum est propensiori caritate tenemur diligere et eis in hiis que ad commodum et provectum eorum pertinent vigilantiori studio prospicere. Attendentes itaque ex inspectione carte bone memorie predecessoris Rotrodi Rothomagensis archiepiscopi eundem predecessorem nostrum ecclesiam Sancte Mariede Cesarisburgo et ecclesiam Sancti Elerii de insulis de domini Regis consensu et utriusque domus peticione conjunxisse ipsumque earumdem ecclesiarum plenam et integram amministrationem tam in spiritualibus quam in temporalibus uni eidemque abbati contulisse, scilicet ut in ecclesia de Cesarisburgo precipua sedes sit abbatis et in domo Sancti Elerii de Insulis quinque canonici ad minus secundum dispositionem abbatis regulariter viventes Deo deserviant, qui modis omnibus potestati et voluntati abbatis prenominati loci permanebunt subjecti, et possessiones omnes tam ecclesiastice quam alie ad domum Sancti Elerii pertinentes in dispositione ejusdem abbatis consistent: ut autem sepedictarum domorum conjunctio succedentibus temporibus nulla malignantium temeritate possit perturbari, eam presenti

scripto et sigilli nostri patrocinio dignum duximus confirmare. Testibus hiis Henrico Baiocensi, Johanne Ebroicensi, Willelmo Constanciensi, Henrico Dunelmensi episcopis, Roberto Decano Rothomagensi, Ivone Rothomagensi, Radulfo Herefordensi, Roberto Notighamensi archidiaconis et multis aliis.

[*L'original, mal conservé, aux archives de La Manche*].

Nº 231.

Bulle du Pape Alexandre III, adressée à Benjamin, Abbé de Ste Marie de Cherbourg.

Il lui confirme l'Abbaye de Ste Marie de Cherbourg qu'il prend sous sa protection ; l'île du Hommet dans laquelle elle est assise ; diverses propriétés et églises tant en Normandie qu'en Angleterre et en Ecosse ; la moitié de la dîme des moulins du Roi à Guernesey (1) ; le monastère de St Hélier en l'île de Jersey avec ses appartenances ainsi qu'il fut concédé à ladite Abbaye par Rotrou, archevêque de Rouen ; l'église de la Ste Trinité à Jersey, avec les moulins de la Ville, la moute et le service des hommes, avec le marais de St Hélier, les moulins de la Falaise, la couture de Crapoudoit, la charruée et le moulin de Jourdain de Barneville, avec le châtelet de frère Ascher, (2) et avec l'île de Herm.

1180, Mai 13. **Alexander** episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Benjamino abbati ecclesie Beate Marie de Cesarisburgo ejusque fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Quociens a nobis petitur quod religioni et honestati convenire dignoscitur animo nos convenit libenti concedere et petencium desideriis congruum impartiri suffragium. Ea propter dilecti in domino filii vestris justis postulacionibus clementer annuimus et prefatam ecclesiam Beate Marie de Cesarisburgo in qua divino mancipati estis obsequio sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Inprimis siquidem statuentes ut ordo canonicus qui secundum deum et beati Augustini regulam in eadem ecclesia institutus esse dignoscitur perpetuis ibidem

(1) Voir Stapleton Magn. Rot. Scacc. pp. 27, 225, 390. Cette aumône valait 5 l. en 1180, 6 l. en 1195 et 7 l. en 1198.

(2) Ce châtelet était situé en Normandie. Voir No 233.

temporibus inviolabiliter observetur: preterea quascunque possessiones quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum juste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione Regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis, prestante domino, poterit adipisci firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant, in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum scilicet insulam Ulmeti in qua prefata ecclesia sita est cum omnibus pertinenciis suis; Novam villam cum omnibus racionabilibus consuetudinibus et libertatibus et aliis suis pertinenciis: molendinum super exclusam de Fera; capellariam de Valoniis cum omnibus pertinenciis suis scilicet terra quam possedit Neel Agneville apud Valonias et mansuris pluribus in eodem burgo, scilicet mansura Willermi Samin, mansura Roberti Pratarii, mansura Cementariorum et mansura Sibile juxta fontem Sancti Macuti. Ecclesiam Sancte Marie de Bellomonte, ecclesiam Sancte Michaelis de Hergevilla, cum omni decima et rerum exitu et elemosinis et aliis pertinentiis suis; medietatem earumdem villarum in terra arabili et inarabili et aquis per totum. Ecclesiam Sancti Petri de Hubertvilla cum omni decima et aliis suis pertinenciis. Decimam molendinorum Regis et molarum et thelonei et nundinarum de Popevilla. Decimam molendinorum Regis et molarum et nundinarum et thelonei de Varrevilla; decimam molendinorum et molarum et silvarum et nundinarum et thelonei et cambagii de Sancto Marculfo; mansuram Anquetilli Palmarii et fratrum suorum et filiorum Picoti in eadem villa; decimam duorum molendinorum Roberti de Curceio apud Chinevillam; decimam molendini camerarii; tenementum Roberti de Ulvilla in Ulvilla et Asevilla et Magnevilla; decimam census frumenti, avene, gallinarum, arietum et porcorum de tribus mansuris nemorum de Bruis; decimam nemoris de Bernaguasto per totum in blado, porcis, arietibus, placitis, pasnagiis, et venacione et dimidiam decimam molendinorum Regis in insula que vocatur Guerneroit: ecclesiam Sancte Marie de Quastevilla: ecclesiam Sancte Marie de Gerboc cum decimis et aliis suis pertinenciis; ecclesiam Sancti Laurencii de Nachervilla cum pertinenciis suis; capellam Sancti Clari; terram quam dedit Helena et quam dedit Sarra et Gaufridus filius ejus; mansuram quam dedit Petrus de Bruiseyo in Nacchevilla; manerium de Otevilla cum ecclesia et capella et omnibus pertinenciis suis; Arrevillam cum ecclesia Sancte

Guernesey.

Genovefe et omnibus que pertinent ad dominium de Hostonio ; terram magistri Johannis in Eschedervilla ; medietatem molendini Tioc in eadem villa ; in Cesarisburgo terram Willelmi de Heliun ; terram quam dedit Magister Hunfredus ; terram Roberti Socratis, terram Roberti Boselini, campum de fovea et pratum Esnescher cum duabus acris terre : terram quam dedit Robertus Matra in Furcavilla et Varevilla, Ravenovilla, Sancto Maculfo, Cathehumo, Othevilla, Anglicavilla
Jersey. et Bonevilla supra Toccam : Ecclesiam Sancti Elerii de insula Gereseio cum pertinentiis suis sicut eadem ecclesia vobis et ecclesie vestre a venerabili fratre nostro Rotrodo Rothomagensi archiepiscopo est concessa et auctentico ejus scripto confirmata assensu principis terre in cujus elemosina fundata est ; ecclesiam Sancte Trinitatis in Gereseyo cum molendinis de villa, cum molta et servicio hominum, cum maresco Sancti Elerii et molendinis de Falesia, cum cultura de Crapoducto et carrucata Jordani de Barnevilla ; cum molendino, cum castellulo fratris Ascheri, cum prioratu de Tallia, cum Herm insula et omnibus pertinentiis suis et cum villa de Hag in Anglia et suis pertinenciis, cum ecclesia de Hag et omnibus pertinenciis suis et cum ecclesia de Hustona et omnibus pertinenciis suis ; ecclesiam de Reborna et ecclesiam de Blotedona cum pertinenciis suis ; Et in Scotia ecclesiam Sancti Cuberti de Aelipt cum omnibus suis pertinenciis. Sane novalium vestrorum que propriis manibus aut sumptibus colitis sive de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos et absolutos e seculo fugientes ad conversionem recipere et eos sine contradictione retinere &c. Datum Velletreii per manum Alberti Sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii, tertio Idus Maii, indictione tredecima, incarnationis dominice anno millesimo centesimo octogesimo, pontificatus domini Alexandri pape tertii anno vigesimo primo.

[*Extrait d'une copie non authentique du XVe siècle aux archives de La Manche*].

No. 232.

Bulle du Pape Urbain III adressée aux chanoines du monastère de St. Hélier de Jersey. Il prend sous sa protection à l'exemple d'Alexandre, son prédécesseur, ledit monastère et il confirme leurs

possessions, i.e. le lieu où leur dit monastère est situé dans l'île de Jersey ; l'église de la Ste Trinité ; 21 acres de terre de la Couture du Roi à Crapoudoit donnée en aumône ; 4 acres de terre achetées d'Alain du Mont et de Guillaume, son frère, dans la paroisse de St Clément ; 7 acres de terre vendues par Guillaume de Segleris (? Seiglières) dans la paroisse de Grouville ; une acre de terre donnée par Robert de Barneville ; le Moulin de la Ville de St Hélier donné par le Roi ; le Moulin donné par Guillaume d'Asnières ; un quartier de froment concédé par Philippe de Carteret ; deux quartiers et demi de froment donnés par Alain Soin ; 10 acres de terre données par frère Robert de Faldouet ; 4 acres de terre concédées par Guillaume Gallichan pour l'âme de son père ; le Marais de St Hélier donné par le Roi ; une charruée de terre dans le Val de Tremble [1] achetée de Jourdain de Barneville ; la dîme du champart de deux charruées de terre à Samarès, lesquelles furent données par Guillaume de Salinelles pour l'âme de sa femme ; dans chacune des paroisses de Jersey une gerbe de toute espèce de blé pour le luminaire de St Hélier ; l'île de Herm et l'église de ladite île [2] ; ainsi que les autres possessions tant en Normandie qu'en Angleterre données et concédées à St Hélier par Henri II, Roi d'Angleterre, et par noble homme Guillaume Fils Hamon (le fondateur), du consentement de l'évêque du diocèse.

Ce document important contient en outre les règles prescrits pour le gouvernement des moines de l'abbaye de St Hélier.

Urbanus episcopus servus servorum Dei dilectis filiis canonicis ecclesie Sancti Helerii de Gersoio tam presentibus quam futuris regularem vitam professis in perpetuum. Monet nos apostolice sedis cui licet immeriti presidemus auctoritas ut de omnibus ecclesiis pastoralem curam gerere debeamus et ne pravorum hominum molestiis agitentur eas apostolico patrocinio communire. Ea propter dilecti in domino filii vestris justis postulationibus clementer annuimus et prefatam ecclesiam Sancti Helerii in qua divino mancipati estis obsequio ad exemplar felicis recordationis Alexandri pape predecessoris nostri sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Imprimis siquidem statuentes ut ordo — 1186, Août 24.

(1) Val de Tremble. Cf. : "portus de Waletremble", Extente de 1274, p. 26. Evidemment une des vallées qui débouchent dans la Baie de St Aubin, probablement celle de Bellosanne ou celle de St Laurent.

(2) Herm appartenait à l'abbaye de St Hélier avant l'union des abbayes.

canonicus qui secundum deum et Beati Augustini regulam atque institutionem fratrum Sancti Nicholai de Aroasia in eodem loco institutus esse dinoscitur perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur preterea quascumque possessiones, quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum juste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione Regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis, prestante domino, poterit adipisci firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum in quo predicta ecclesia sita est cum omnibus pertinentiis suis ; in insula de Geresi ecclesiam Sancte Trinitatis, viginti unam acras terre de cultura Regis in Crapouduth datas in helemosinam ; quatuor acras terre ab Alano de Monte et Willelmo fratre suo emptas in parrochia Sancti Clementis ; septem acras terre venditas a Willelmo de Segleriz in parrochia de Grovilla ; unam acram terre datam a Roberto de Barnevilla ; molendinum ville Sancti Elerii datum a Rege ; molendinum datum a Willelmo de Asneres ; quartarium frumenti concessum a Philippo de Carteret ; quartarium frumenti ab Alano Soin datum ; quartarium frumenti et dimidium ab eodem Alano ; decem acras terre datas a fratre Roberto de Faledoit ; quatuor acras concessas a Willelmo Galliceano pro anima patris sui ; mariscum Sancti Helerii datum a Rege ; unam carrucatam terre in valle de Tremble emptam a Jordano de Barnevilla ; decimam camparti de duabus carrucatis terre in Salmaresch quas Willelmus de Salineles dedit pro anima uxoris sue et in singulis parrochiis de Geresi unam garbam de omni genere bladi ad lumen Sancti Helerii, et insulam de Herm cum omnibus pertinenciis suis et ecclesiam ejusdem insule cum omnibus pertinentiis suis. In Normannia cellulam que vocatur Tallia et capellam Tallie cum omnibus pertinentiis suis datas et concessas ecclesie vestre episcopo loci prebente assensum a Jordano de Barnevilla ; ecclesiam Sancti Pauli apud Perevillam ; ecclesiam Sancte Marie de Bosco cum omnibus pertinentiis suis ; ecclesiam de Rosel et terram quam abbas B.[1] emit a Jordano de Barnevilla que jacet circa castellulum juxta Talliam ; unum quartarium frumenti datum a Willelmo de Monasteriis. In Anglia villam de Hacq cum omnibus pertinentiis suis et ecclesiam ejusdem ville cum omnibus pertinentiis suis et eccle-

(1) Benjamin.

siam de Hastona cum omnibus pertinentiis suis datas et concessas ab illustri Henrico Rege Anglorum et nobili viro Willelmo Hamonis Sancto Helerio cum assensu diocesani episcopi. Donationes quoque alias ab eisdem seu ab aliis vobis et ecclesie vestre rationabiliter factas auctoritate apostolica nichilominus confirmamus. Libertates etiam et immunitates quas dilectus filius noster Henricus illustris Rex Anglie ecclesie vestre cartis suis autenticis pietatis intuitu confirmavit ratas decernimus permanere. Sane novalium vestrorum que propriis manibus aut sumptibus colitis sive de nutrimentis animalium vestrorum decimas a vobis nullus exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos e seculo fugientes liberos et absolutos ad conversionem recipere et eos sine contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper ne ulli fratrum vestrorum post factam in loco vestro professionem nisi arctioris religionis optentu sine abbatis sui licentia de eodem loco discedere. Discedentem vero absque communium litterarum cautione nullus audeat retinere. In ecclesiis vestris tres vel quatuor fratres habentibus liceat vobis de ipsis vel de aliis honestis personis presbiteros eligere et diocesano episcopo presentare, quibus si idonei fuerint episcopus curam animarum committat, ut ei de spiritualibus, vobis vero de temporalibus, et si fratres vestri fuerint de ordinis observantia debeant respondere. Cum autem generale interdictum terre fuerit, liceat vobis, clausis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce, divina officia celebrare. Inhibemus quoque ne terras aut ecclesias seu aliquod beneficium ecclesie vestre collatum liceat alicui personaliter dari vel alio modo alienari sine communi consensu capituli aut majoris et sanioris partis. Si que vero donationes vel alienationes quarumcumque possessionum vestrarum aliter quam dictum est facte fuerint irritas esse censemus. Preterea novas et indebitas exactiones ab archiepiscopis, episcopis, archidiaconis seu decanis aliisve omnibus ecclesiasticis personis et maxime pro dedicatione ecclesiarum sive pro aliis ecclesiasticis sacramentis in ecclesiis vestris fieri prohibemus. Interdicimus etiam ne quis infra parrochias ecclesiarum vestrarum ecclesiam vel oratorium sine assensu diocesani episcopi et vestro edificare presumat, salvis privilegiis Romanorum pontificum. Adicimus itidem ne aliquam ecclesiarum vestrarum alicui concedatis qui non velit et

debeat in persona propria ministrare sed potius in singulis ecclesiis vestris presbiteri collocentur idonei qui Deo in illis digne valeant deservire. Statuimus insuper ne cuiquam liceat religionem domus vestre secundum regulam beati Augustini constitutam vel jura vestra seu rationabiles institutiones a patribus vestris scripto commendatas sine majoris et sanioris partis capituli consensu corrumpere vel mutare, sive aliquid minuere aut superaddere quod religioni et honestati seu utilitati vestre vel salubribus patrum videatur institutionibus obviare. Paci quoque et tranquillitati vestre paterna sollicitudine providere volentes auctoritate apostolica prohibemus ne infra clausuram locorum seu grangiarum vestrarum ullus violentiam vel rapinam seu furtum committere, ignem apponere, hominem capere vel interficere seu aliquam violentiam audeat exercere. Crisma vero, oleum sanctum consecrationes altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum qui ad sacros ordines fuerint promovendi a diocesano suscipietis episcopo, si quidem Catholicus fuerit et gratiam apostolice sedis habuerit et ea gratis et absque pravitate aliqua vobis voluerit exhibere, alioquin liceat vobis quem malueritis adire antistitem qui nostra fultus auctotoritate quod postulatur indulgeat. Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extreme voluntati que si illic sepeliri deliberaverint nisi forte excommunicati sint vel interdicti nullus obsistat, salva tamen justitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Obeunte vero ejusdem loci abbate qui pro tempore fuerit vel eorum quolibet successorum nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur nisi quem fratres communi consensu vel fratrum major pars consilii sanioris secundum Dei timorem et beati Augustini regulam providerint eligendum. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire presumpserit, secundo terciove commonita nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino judicio

existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et domini redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax domini nostri Jhesu Christi, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Bene valete.

[*Ici se placent le rota et les souscriptions du pape et de douze cardinaux*].

Datum Verone per manum Alberti Sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii, nono kalendas Septembris, indictione quarta; incarnationis Domini anno millesimo centesimo octogesimo sexto, pontificatus vero domini Urbani pape tertii anno primo.

[*L'original aux archives de La Manche et privé de la bulle de plomb dont il était revêtu*].

N° 233.

Bulle du Pape Urbain III, datée à Vérone le 30 Mai 1187, adressée à l'abbé et à ses frères de Notre Dame de Cherbourg. Il confirme leurs possessions, parmi lesquelles la moitié de la dîme des moulins du Roi à Guernesey; le monastère de St. Hélier à Jersey; l'église de la Ste Trinité à Jersey, avec le moulin de la Ville, la moute et le service des hommes, le marais de St. Hélier, les moulins de la Falaise, la couture de Crapoudoit, la charruée de Jourdain de Barneville avec le moulin; et l'île de Herm.

Nous ne reproduisons pas ce document, qui est presque mot pour mot le même que le N° 231. La seule variation importante se trouve dans les mots, *cum castellulo fratris Ascheri cum prioratu de Tallia*, qui sont remplacés par les mots, *cum castellulo juxta Talliam cum prioratu de Tallia*. Ce châtelet était certainement situé en Normandie et non à Jersey.

[*Archives de la Manche; copie du 16e siècle*].

N° 234.

Bulle du Pape Nicolas IV, datée d'Orvicto, le 18 Juillet 1291, adressée à l'abbé et à ses frères de N. D. du vœu de Cherbourg. Il confirme les possessions du Monastere de St. Helier et entr'autres

les dîmes de la paroisse de la Ste Trinité de Jersey avec le droit de patronage à ladite église ;—*decimas quas habetis in parrochia ecclesie Sancte Trinitatis in insula Gersoii et jus patronatus quod in eadem ecclesia obtinetis.*

Ce document n'est qu'une répétition de détails donnés par les documents qui précédent.

[*Archives de La Manche ; copie du 16e siècle*].

N° 235.

Vidimus et confirmation par Henri III de la Charte de Henri II, qui confirmait à l'abbaye de St Hélier de Jersey et aux chanoines y servant Dieu, toute la charruée de terre que Jourdain de Barneville tenait du Roi dans l'île de Jersey aux confins de Crapoudoit, laquelle charruée ledit Jourdain avait vendue à Benjamin, abbé, et aux chanoines de St Hélier. Il confirmait aussi certaine terre dans les domaines de Barneville et de la Haye du Puits (Manche) vendue par le même Jourdain.

1236. **Henricus** Dei gracia Rex Anglie, dominus Hibernie, dux Normannie, Aquitanie et comes Andegavensis archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, prepositis, ministris et omnibus ballivis et fidelibus suis salutem. Inspeximus confirmacionem Henrici Regis avi nostri in hec verba :

1172-75 **Henricus** Dei gracia Rex Anglie et dux Normannie et Aquitanie et comes Andegavensis archiepiscopo Rotomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis Normannie salutem. Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse abbatie Sancti Elerii de Gerseio et canonicis ibidem Deo servientibus pro amore Dei et pro salute mea et liberorum meorum in perpetuam elemosinam totam carucatam terre cum omnibus pertinenciis suis quam Jordanus de Barnevilla de me tenebat in insula Gerseii in confinio de Crapoudoit quam carucatam predictus Jordanus coram me rationabiliter vendidit Benjamino abbati et canonicis Sancti Elerii et illam terram quam eis vendidit in territoriis de Haya et in territorio de Barnevilla. Quare volo et firmiter precipio quod eadem abbatia et canonici hec predicta habeant et teneant libere et quiete et integre et plenarie et honorifice cum

omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis. Testibus Willelmo filio Hamonis, Hugone de Gundevilla, magistro Radulfo de Tamword, comite Reginaldo, Ricardo de Caunvilla, Willelmo de Ostilho, apud. ....

Nos igitur predictam concessionem et confirmationem ratam et gratam habentes pro nobis et heredibus nostris eam concedimus et sigillo nostro confirmamus sicut predicta confirmatio rationabiliter testatur, hiis testibus W. Carleolensi episcopo, R. comite Pictavensis et Cornubiensis, Hugone de V........., Waltero de Clifford, Amauricio de Sancto Amando, Hugone dispensatore, Waltero Marescallo, Galfrido dispensatore, Bartholomeo Peche, et aliis. Datum per manum venerabilis patris R. Cycestrensis Episcopi cancellarii nostri apud Wudestocam secundo die Novembris anno regni nostri vigesimo.

[*L'original aux archives de La Manche, lacéré et illisible dans plusieurs de ses parties*].

Nº 236.

Charte de Henri II. Il donne et confirme à l'abbaye de St Hélier et aux chanoines y servant Dieu, le Moulin de la Ville, l'église de la Ste Trinité et le Marais de St Hélier.

Henricus Rex Anglie et dux Normannie et Aquitanie et comes Andegavensis archiepiscopo Rothomagensi, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ministris et fidelibus suis Normannie salutem. Sciatis me dedisse et presenti carta confirmasse abbatie Sancti Elerii de Gerseio et canonicis ibidem Deo serventibus pro salute mea et liberorum meorum in perpetuam elemosinam molendinum de villa cum mota et debito servicio ipsius molendini et ecclesiam Sancte Trinitatis et mariscum Sancti Elerii. Quare volo et firmiter precipio quod eadem abbatia et canonici hec predicta habeant et teneant bene et in pace libere et quiete et integre et plenarie et honorifice sicut ea tenebam in dominio meo cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus. Test.

Avant Mai 1172.

[*Copie ancienne sur papier aux archives de La Manche*].

Nº 237.

Charte de Henri II, donnée à St Pierre sur Dive. Du conseil de Rotrou, Archevêque de Rouen, et de beaucoup d'autres personnages ecclésiastiques, le Roi avait déclaré unies les maisons de St Hélier des Iles et de Ste Marie de Cherbourg, parce qu'aucune d'elles ne paraissait pouvoir suffire à l'entretien d'une communauté régulière ; mais d'autant que cette union n'avait pas reçu son plein effet avant le temps de Gautier, Archevêque de Rouen, le Roi, de l'avis dudit Archevêque, la maintient et la confirme, ordonnant que le principal siège de l'abbé soit à Cherbourg et que l'ordre de St Augustin d'après les statuts de St Victor de Paris y soit observé, et qu'il y ait cinq chanoines au moins dans la Maison de St Hélier, qui seront soumis au gouvernement et à la volonté de l'abbé, qui aura la disposition de toutes les possessions appartenant à la maison de St Hélier.

Circa 1186. **Henricus** Dei gratia Rex Anglie et dux Normannie et Aquitanie et comes Andegavie archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus baillivis et fidelibus suis salutem. Sciatis quod ego de consilio Rotrodi pie recordationis Rothomagensis archiepiscopi et multarum aliarum venerabilium et religiosarum personarum conjunctionem duarum domorum canonicorum regularium que ratione fundationis ad meam specialiter nullo mediante dominationem pertinent et ordinationem Sancti scilicet Elerii de insulis et Sancte Marie de Cesarisburgo jam pridem concessi ea videlicet consideratione inductus quod nulla illarum per se ad sustentationem conventus regulariter degentis sufficere posse credebatur ; sed quia predicta concessio mea ante tempora venerabilis viri Walteri Rothomagensis archiepiscopi ad plenum non fuerat effectum mancipata, de voluntate et assensu ejusdem archiepiscopi eam presentis scripti annotatione et sigilli mei appositione confirmavi firmiter precipiendo ut in perpetuum in hunc modum conjuncte permaneant scilicet ut in ecclesia Sancte Marie de Cesarisburgo precipua sedes sit abbatis et in ea ordo beati Augustini juxta statuta Sancti Victoris Parisiensis observetur et in domo Sancti Elerii de insulis quinque canonici ad minus secundum dispositionem abbatis regulariter viventes Deo deserviant, qui modis omnibus potestati et voluntati abbatis prenominati loci permanebunt subjecti, et possessiones omnes

tam ecclesiastice quam alie ad domum Sancti Elerii pertinentes in dispositione ejusdem abbatis consistent. Testibus Waltero Rothomagensi archiepiscopo, H. Dunelmensi et Johanne Ebroicensi episcopis, Martino abbate de Ceresiaco, Roberto archidiacono de Notingeham, Willelmo clerico de Camera, Willelmo filio Radulfi senescallo Normannie, Rogero filio Reinfredi, Gilleberto filio Reinfredi, Roberto Poherio, apud sanctum Petrum super Divam.

[*L'original aux archives de La Manche et privé du sceau dont il était revêtu*].

N° 238.

Lettre de Hugues de Morville, évêque de Coutances, adressée à Philippe d'Aubigny et aux baillis du Roi qui sont dans les Iles. Il leur annonce qu'il a vu les chartes du Roi Henri II touchant la fondation de l'abbaye du Voeu à Cherbourg et qu'à cause des dangers qui se présentent fréquemment à la mer, il leur envoie seulement copie desdites chartes transcrites mot à mot comme dans les originaux. Il les prie de conserver et de faire conserver, pour l'amour de Dieu et le salut de leurs âmes, les aumônes et les libertés de l'abbaye.

Hugo Dei gracia Constanciensis ecclesie minister humilis dillectis in Christo Philippo de Albigneio et omnibus ballivis domini Regis qui sunt in Insulis salutem in Domino. Diligenter inspeximus cartas nobilis viri Henrici Dei gracia Regis Anglorum de fundacione abbacie Sancte Marie de Voto juxta Cesarisburgum et propter pericula in mari frequenter imminentia tenorem cartarum verbo ad verbum sicut in eisdem cartis scriptum est vobis mittimus sigillo nostro munitum rogantes vos attentius quatinus pro amore Dei et pro salute animarum vestrarum elemosinas et libertates abbatie sicut in cartis continetur conservetis et conservari faciatis. Actum anno Domini millesimo ducentesimo duodecimo, mense Marcii apud Valonias. Valete in Christo. Mars 1212.

[*Copie sur parchemin du 2 Janvier 1471 (n. s.) aux archives de La Manche*].

N° 239.

Charte de Jourdain de Barneville (avec le consentement de ses fils et de ses frères) vendant à Benjamin, abbé de l'Ile de St Hélier, et aux chanoines, toute la charruée de terre qu'il possédait en l'île de Jersey aux confins de Crapoudoit sur le fief du Roi, à savoir : la terre que Maître Marcher, Angot, Anquetil et autres tenaient de lui, pour cent livres d'Anjou. Jourdain vend aussi deux acres de terre dans son domaine de Barneville (Manche) et de la terre située à La Haye du Puits, pour 40 sous d'Anjou payés à Richard (frère de Jourdain). L'acte de vente était affirmé aux mains de Maître Marcher dans le chapitre de St Hélier, ensuite aux mains de Guillaume Fils Hamon, et finalement dans le chapitre de Coutances en présence de l'évêque Richard de Bohon.

Les témoins de cette charte importante étaient des Jersiais ou des personnes ayant des possessions dans les Iles, dont les noms se trouvent ailleurs dans ce Cartulaire ; e.g.—Philippe de Carteret, Seigneur de St Ouen c. 1125–1178—Gilbert de la Hougue, fermier du "ministerium" de Gorroic et vicomte de Guernesey—Robert de Havilland, député de ce dernier à Guernesey—Richard de Furnet, probablement membre de la famille de Rosel.[1]

Avant Mai 1172.

Notum sit omnibus sancte ecclesie fidelibus quod ego Jordanus de Barnevilla consilio amicorum meorum et voluntate et unanimitate et concessu filiorum fratrumque meorum vendidi Benjamino abbati de Insula Sancti Elerii et canonicis totam carucatam terre quam habebam in Insula de Gerse in confinio de Crapoudoit de feudo Regis jure hereditario cum omnibus pertinentiis suis absque ulla retinentia centum libris Andegavensium, illam scilicet terram quam Magister Marcherius et Ansgotus et Anschitillus et alii de me tenebant et duas acras terre de meo dominico in territorio Barneville jacentes inter villam et fontem Petre quas Lucas et Petrus filius Ranulfi Gernon de me tenebant et in territorio de Haia totam terram a cruce in occidentali parte non procul posita a domo Hugonis Anglici usque ad vallem Musteil et usque ad aquam fluentem inter Taliam et ipsam terram exceptis sex acris quas duo fratres cognomine Calvi et Hugo del Cros tenent de Talia. Super hec etiam pro hac venditione dedit abbas Ricardo fratri meo quadraginta solidos Andegavensium. Hanc vero venditionem in perpetuum factam omni tempore fore ratam

(1) Voir Bull. Soc. Jer., vol. ix, p. 42.

et stabilem et inviolabilem et securam et a me et a meis solam et quietam et eam guarantizare et nichil amodo penitus nos ab ea exigere afidavi in manu magistri Marcherii in capitulo Sancti Helerii et postea in manu Willelmi filii Hamonis. Et adhuc ad majorem ejusdem venditionis confirmationem, hoc ipsum juravi super sanctum textum in capitulo Constanciensis ecclesie cum filiis meis coram domino episcopo Ricardo. Afidavi etiam in manu Domini Episcopi Ricardi, presente maxima parte capituli. Hujus venditionis autem prolocutores et fidejussores et testes fuerunt Philippus de Cartrait, Magister Marcherius, Willelmus de Asneriis, Hamelinus Pinel, Gislebertus de Hoga, Robertus de Haverlant, Henricus de Barnevilla, Ricardus de Fornet, Alanus filius Suian.

[*L'original aux archives de La Manche et privé du sceau dont il était revêtu*].

N° 240

Charte de Renaud de Carteret[1] donnant et concédant à l'abbaye de St Hélier et aux chanoines y servant Dieu, une acre et demie de terre et une demi-vergée de terre ($6\frac{1}{2}$ vergées) dans le Val de la Mare ; ladite donation de son fait et du fait de son père.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Reginaldus de Kartraio dono et concedo ecclesie Sancti Helerii et canonicis ibidem Deo servientibus unam acram terre et dimidiam acre et dimidiam virgate in valle de La Mar pro amore Dei et pro salute anime mee et pro salute animarum antecessorum meorum. Donatio autem ista facta est de patre meo et de me. Et ideo volo ut rata et stabilis permaneat in perpetuum et sigilli mei appendicione eam confirmo. Testibus his Willelmo presbitero de Sancto Audoeno, Ricardo Baudoer presbitero, Willelmo de Salineles, Willelmo de Winceles, Willelmo de Sancto Helerio, Ricardo Burnolfo,[2] Rogero Horman, Willelmo Fondano et pluribus aliis. *Circa* 1180.

[*L'original aux archives de La Manche et privé du sceau dont il était revêtu*].

(1) Renaud, fils Philippe, Seigneur de St Ouen. Voir p. 56, § 3.

(2) Richard Burnouf, témoin, tenait le "ministerium" de Crapoudoit en 1180 (Stapleton Magn. Rot. Scacc. I, pp. 25, 26). Les autres témoins ont des noms jersiais, avec l'exception possible de Richard Baudoer (? Baudains).

N° 241.

Lettre de l'Abbé de St Sauveur faisant connaître que pour éviter les frais d'un procès, il s'en est rapporté à la décision d'arbitres, au sujet de l'église paroissiale de St Hélier.

1205. **Universis** Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit R. dictus abbas Sancti Salvatoris et ejusdem loci conventus humilis eternam in Domino salutem. Noverit universitas vestra quod cum super prioratu Sancti Helerii de Gerseio cum pertinentiis suis inter abbatem et conventum Sancte Marie de Voto juxta Cesarisburgum ex una parte et nos ex altera mota fuisset questio et aliquantulum agitata etc. etc.

[Ce document continue dans les mêmes termes que le N° 204, p. 286].

[L'original aux archives de La Manche et privé des sceaux dont il était revêtu].

N° 242.

Dans le procès entre l'abbé de St Sauveur et l'abbé de Cherbourg, au sujet du prieuré de St Hélier, l'arbitrage de Vivien, évêque de Coutances, et des abbés de Montebourg et de Blanchelande, est accepté. Les arbitres décident que les parties mettront fin à leurs querelles tant au sujet de l'église de St Hélier que sur certaines églises en Normandie. (Voir N° 241).

1205. **Universis** Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit Vivianus Dei gracia Constanciensis episcopus, W[illelmus] Montisburgi et P[etrus] de Blancalanda abbates salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod cum super prioratu Sancti Elerii de Gersorio cum pertinentiis suis inter abbatem et conventum Sancti Salvatoris ex una parte et abbatem et canonicos Sancte Marie de Voto ex altera mota fuisset questio et aliquantulum agitata coram venerabili patre nostro Dei gracia episcopo, G. .... cantore et W......... archidiacono Abrincensibus a domino papa Innocentio tercio judicibus in eadem causa delegatis, demum placuit partibus ut suis laboribus parcerent et expensis ut in nos compromitterent ratum habiture quic-

quid in premissa causa judicio vel concordia duxissemus statuendum. Die igitur assignata partibus in nostra presentia constitutis cum abbas Sancti Salvatoris super jamdicto prioratu petendo intentionem suam fundasset, abbate Sancte Marie de Voto respondente et alias querelas quas se habere dicebat contra abbatem et monachos Sancti Salvatoris intentante videlicet super ecclesia Sancti Petri de Archeticlese et capella de Valle Seie quasi ad prioratum de Tallia pertinentibus et super quarta parte nemoris molendini et ferie de Torgistorp de consilio prudentum virorum nobiscum adsidentium pro bono pacis consuluimus quod querelis prenominatis ex utraque parte motis et movendis invicem cederetur et super eisdem pax perpetua inter predicta monasteria reformaretur. In quam concordiam partes unanimiter consentientes eam receperunt et firmiter approbaverunt quam et nos ad omnem super premissis excludendam calumpniam presentis scripti testimonio et sigillorum nostrorum munimine duximus roborandam. Actum est hoc anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo quinto.

[*L'original aux archives de La Manche et revêtu du sceau et du contre-sceau de Vivien, évêque de Coutances*].

N° 243.

Vidimus d'une lettre de Jean, Régent de France, Duc de Bedford, Comte de Kendal et de Richmond, Connétable d'Angleterre, Seigneur des Iles, datée de Caen le 18 Décembre 1423, ordonnant aux capitaines, baillis, gouverneurs, receveurs, justiciers et ministres des Iles que restitution soit faite à l'abbé de Cherbourg de toute la spiritualité et de toutes les choses spirituelles, avec les rentes, droits et franchises appartenant à son abbaye dans les Iles.

Ce vidimus, fait par tabellions jurés de la vicomté de Valognes et daté du 17 Août 1428, est certifié par lettre du garde-sceau de ladite vicomté en date du 2 Janvier 1470

[Ce sommaire contient tous les détails contenus dans ce document, que nous n'avons pas cru utile de reproduire].

[*Original aux archives de La Manche*].

N° 244.

Lettre du Roi Louis XI, datée de Tours, le 4 Décembre 1461, adressée aux Baillis du Cotentin et des Iles de Jersey et Guernesey, ainsi qu'au Vicomte de Valognes ou à leurs lieutenants, au sujet d'une requête de l'abbé et des religieux de Cherbourg concernant les droits et revenus du prieuré de l'Islet dans l'Ile de Jersey. Le Roi ordonne que les suppliants soient remis, maintenus et gardés en leurs possessions et en la jouissance de leur prieuré.

En conséquence il est rendu aux Assises de Valognes, tenues par Robert Josel, Lieutenant du Bailli du Cotentin, une sentence qui disait à bon droit la requête des religieux et qui leur donne congé de jouir de leur prieuré de S[t] Hélier. Mandement au Bailli et au Vicomte des Iles d'y donner effet.

[Cf : les numéros 192 et 193].

Sanctorum patrum auctoritate docemur quod hec mortalis vita brevi intercluditur spatio et ideo bona transitoria nobis divine largitatis dono conceduntur ut eterna vereque manentia, Deo reddente, vicissitudinem per caritatis officium mereamur. Quapropter ego Robertus Normannorum Comes omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris notum esse cupio qualiter in nomine Sancte et individue Trinitatis congregationem monachorum in loco qui dicitur Cerisiacus ordinavi et presente Hugone ejusdem loci episcopo cum aliis quam pluribus authenticis personis tam episcopis quam abbatibus, abbatiam sub libera potestate in honorem Sancti Vigoris, piissimi confessoris, abbate constituto, construxi, de rebus autem meis fiscalibus locum supradictum cum omni devotione dotavi et in hujus privilegii testimonio omnia ne oblivioni tradita solventur notari pre-

cepi. Hec igitur concessi ipsum videlicet locum ubi positum est monasterium qui dicitur Cerisiacus cum ecclesiis, aquis, pratis, molendinis et terris arabilibus, cultis et incultis ; in silvis meis circumcirca positis decimam scilicet totius nemoris Ale et decimam totius nemoris ab ipsa abbatia usque ad Dromam fluvium in pasnagiis, in venationibus, in placitis, in caseis vaccarum, ovium, caprorum et porcariarum, in terris incultis que ad cultum rediguntur et ceteris que decimari possunt, liberam etiam potestatem in pascuis, lignisque accipiendis ad edificia monachorum construenda. Addidi quoque in omnibus silvis meis pasnagium tam porcorum monachorum quam suorum hominum. Dedi etiam decimam totius nemoris de Malpertus de omnibus que decimari possunt, silvam quoque que dicitur Moletus cum omni venatione que in ea capi potest in Baiocensi autem civitate donavi prefate ecclesie terras meas dominicales in loco qui dicitur Cromella centum quadraginta acras et ex alia parte civitatis sexaginta et tres acras prati, suburbanos quatuor cum terris suis et hominibus ; ecclesiam Sancti Georgii cum terris que eidem ecclesie pertinent et in Montepinchon septem acras terre in Rodomo civitate vineas meas dominicales scilicet triginta arpennos cum prato et terris et hospitibus qui eis adjacent et unoquoque anno sexaginta modios vini super ripam Sequane, unam mensuram terre ab omni consuetudine ubique liberam ; unam domum juxta cimiterium Sancte Marie. Hec quidem omnia prefate ecclesie contuli que michi jure hereditario contigerunt, nichil michi in his omnibus terre consuetudinis retinens in foro, in nundinis, in pasnagiis, ab omni consuetudine liberavi. Liberavi etiam hec omnia ab omni consuetudine ecclesiastica, consilio et concessu Roberti Rothomagensis archiepiscopi atque Hugonis Baiocensis episcopi ceterorumque episcoporum meorum seu Baronum in quorum presentia hec acta sunt. Postea autem ego Robertus volens augere 1032.
ecclesiam quam edificare inceperam dedi ei omnem decimam totius nemoris de Leonibus scilicet in redditibus ville Sancti Dionisii, in molendinis, in exsartis, in omnibus ei pertinentibus terris que ad cultum rediguntur, in venationibus, in avibus, in placitis, in pasnagiis in porcariis, et omnibus consuetudinibus suis : in Argentiis tres arpennos terre ad faciendam vineam, liberos ab omni consuetudine. Et in Cadomo unam mensuram terre ubique liberam et tres acras prati.

Villam Spineti dimidiam cum dimidia ecclesia et molendinis, aquis et pratis liberam ab omnibus consuetudinibus tam ecclesiasticis quam secularibus. In Viana duos villanos cum terris suis et duas acras prati. Ecclesiam Sancti Amandi cum omnibus appenditiis suis et terram ad duas carrucas. Ecclesiam in villa que dicitur Croen cum omni decima et unum villanum cum terra sua. Acta sunt hec in Rodomo civitate tempore Johannis pape anno ab incarnatione Domini millesimo trigesimo secundo, Normannorum tenente primatum Marchione Roberto, primatus ejus anno quinto sub Francorum Rege Henrico regni ejus post patris obitum anno primo, indictione decima quinta, epacta sexta, prima feria, luna quinta pridie idus Novembris. Hujus etenim concessionis rationem in oculis Sancte Matris ecclesie tali auctoritate confirmavi ut quicumque eam violare presumpserit anathematis jugulo subjaceat, sic inquam feci et cartam istam auctoritate mea corroboravi nominibusque episcoporum meorum et Baronum corroborari precipi. Signum Roberti archiepiscopi. Signum Hugonis Baiocensis episcopi. Signum Roberti episcopi. Signum Hugonis episcopi. Signum Herberti episcopi. Signum Ratbot episcopi. Signum Roberti comitis. Signum Guilleberti comitis.

II. Ego Guillelmus Normannorum dux abbatiam Cerasii in honore
1042. Sancti Vigoris a patre meo constitutam augere studens pro remedio anime mee atque ipsius, eidem loco donavi decimam omnium denariorum vicecomitatus Constantini et decimam vicecomitatus Constanciarum et decimam vicecomitatus Wareti in molendinis, in luco et in omnibus redditibus meis in silvis meis scilicet in silva Montisburgi et in silva de Bruis, et in silva Rabeti et in silva Cesarisburgi et in silva vallis Sere, et in silva Luthumerie, et porcorum donavi decimam eidem ecclesie in pasnagiis, in placitis, in vacariis, in porcariis, in venationibus. In Valloniis decimam culturarum mearum et unum hospitem ab omni consuetudine liberum. Dedi etiam ecclesiam Radulfiville et unum allodialem in ipsa villa et in Sotevilla tertiam partem
Jersey. ecclesie et unum allodialem et in insula Gersoii duas ecclesias liberas scilicet ecclesiam Sancte Marie arsi Monasterii et Sancti Martini veteris cum terris suis et terciam partem decime de annona. Item dedi quartam partem totius Vitchiville scilicet terram quam Vigotus Barbatus tenebat in allodio liberam et absolutam ab omnibus consuetu-

dinibus mihi pertinentibus Dedi quoque unum allodialem in Amundavilla quietum ab omni consuetudine. His supradictis super accrevi Listreium cum omnibus appendiciis suis, cum ecclesia, cum silvis, cum molendinis, cum aquis, cum pratis liberum et absolutum ab omnibus consuetudinibus tam ecclesiasticis quam secularibus. Itidem concessi silvam que Cauda vocatur et terminatur ab ortu rivuli Morelli usque ad montem Friardi cum omnibus consuetudinibus quas prius habebat. Hanc cartulam ego Guillelmus Normannorum dux mea auctoritate confirmo et ab omnibus consuetudinibus liberam et absolutam esse concedo. Quicumque vero ex his omnibus violare presumpserit anathema sit. Actum est hoc anno dominice incarnacionis millesimo quadragesimo secundo, xii Kalendas Maii, regnante Henrico Rege Francorum. Signum Willelmi comitis, Signum Mathildis comitisse, Signum Rogerii de Montegommeri, Signum Willelmi filii Osbern, Signum Alveredi Gigantis, Signum Turstini Haudup.

Ego Turstinus Haudup in presentia domini mei comitis Willelmi et omnium ejus procerum pro anima mea et uxoris mee seu antecessorum meorum annuo Deo et Sancto Vigori ejusque monachis ex uxoris hereditate, illa videlicet concedente, quicquid possideo in Marseio &c. III. *Circa* 1042.

[*Copie de l'année 1667, aux archives de La Manche*].

N° 292.

Collation par Guillaume de Tournebu, Evêque de Coutances, à Robert Florie [1], prêtre, de l'Eglise de Ste Marie, à Jersey.

A tous fideles chrestiens qui ces presentes lettres verront, Guillaume par la grace de Dieu humble ministre de leglise de Coustances salut en nostre seigneur. Vostre université sçaura que à la presentation de nos chers en Jesus Christ B. abbé et moines de Cerisy nous avons pieusement donné à Robert Florie, prestre, leglise Sainte Marie du Monastere des Arsifs de Gersey avec touttes les appartenances que lon scait deppendre dicelle, parceque il en rendra pour ce annuellement aux foires Saint Paoul soixante solds angevins pour pension ausdits moines, et ledit Robert la quictant ou cedant il leur *Circa* 1185.

(1) Voir N° 222, et N° 293.

sera permis comme patrons de ladicte eglize, aux charges de la pension ainsi taxee, presenter personne capable à icelle eglize. Et affin que ce que nous avons faict demeure à jamais ferme et stable nous lavons confirme du present escript et du garnissement de nostre seel. Tesmoins Robert de Tournebu archidiacre de Coustances, maistre Raoul de Tallevende, Richard de Bosc, prêtres.

[*Extrait d'un registre aux archives de La Manche, intitulé* Cartulaire de l'Abbaye de Cerisy *et contenant une traduction, faite au XVII*e *siècle, du Livre Noir de ce monastère. H. 1404*].

N° 293.

Collation par Guillaume de Tournebu, Evêque de Coutances, à Robert Florie[1], prêtre, de l'église St Martin le Vieux, que Robert de la Hougue tenait.

1196. **A tous** fideles chrestiens qui ces presentes lettres verront Guillaume par la grace de Dieu Evesque de Coustances salut en nostre Seigneur. Daultant que nos chers freres en Jesus Christ labbé et convent de Cerisy soustenoient leglize de Saint Martin Le Vieil de Gersey a eux appartenante et dont ils ont la presentation, navoir este legitimement conferee par nous à Robert Flori prestre, ilz nous ont presente ledit Robert, prestre, lequel a leur presentation, avons receu audit benefice que Robert de La Hogue, clerc, avoit d'eux en la dicte eglise, sçavoir a la troisiesme gerbe de la dixme et a tous autres benefices que ladicte abbaye a en icelle eglise et ledit Robert leur en rendra annuellement cent soldz d'Anjou aux foires Saint Paoul. Et ce que nous avons trouve bon de remarquer par le present escript, affin que par cy appres ne peust nuire a ladicte abbaye aucunement, ce qui sestoit passe en la personne dudit Robert touchant ladicte eglize : mais lors que ledit Robert ne possedera ladicte eglize ou delaissera de la posseder, ladicte abbaye presentera un autre clerc du quel elle percevra la pension deue, car nous navons en icelle eglize aucun droict de presentation, et ne se void que nos predecesseurs y en ayent eu aucun. Doncques, affin que aucun ne se attente desor-

(1) Voir N° 292.

mais contre le droict et presentation desdits moynes aucune choze en icelle en consequence de ce qui a este faict, nous avons eu soin de le corroborer par le present escript garny de nostre sceau. Ce fut faict a Saint Lo l'an de nostre Seigneur mil cent quattre-vingts seize. Tesmoings Geffroy du Bourg Achard, Robert Nepveu, Richard, Henri, chanoines de Coustances, Richard de Tournebu chevalier et autres

[*Extrait du même Registre, page 535*].

N° 294.

Collation par Hugues de Morville, Evêque de Coutances, à Thomas de Vauville, clerc, des églises de St Martin le Vieux et de Ste Marie, à Jersey, sauf les droits de Pierre de la Hougue, vicaire de St Martin.

A tous fideles chrestiens qui ces presentes lettres verront, 1208.
Hugues par la grace de Dieu humble ministre de leglise de Coustances salut en nostre Seigneur. Vostre université sçaura que a la presentation de l'abbe et convent de Cerisy nous avons pieusement confere a Thomas de Vauville, clerc, l'eglise de Saint Martin Le Vieil et l'eglise de Saincte Marie [du] Monastere des Arsis en lisle de Gersey avec touttes leurs appartenances, parce que toutes fois il paira annuellement le jour et feste des apostres Saint Pierres et Saint Paoul ausdits abbe et convent pour lesdictes eglises sept livres dix solds en monnoye aiant cours, saouf aussi le droict de Pierres de La Hogue au quel, a la presentation dudit Thomas, nous avons assigne dix livres de monnoye aiant cours, en tiltre de vicairye a percevoir annuellement sur leglise de Saint Martin Le Vieil, ce que nous avons corrobore par le present et de nostre sceau. Ce faict lan de grace mil deux cens huit a Valoignes.

[*Extrait du même Registre, page 536*].

N° 295.

Collation par le chapitre de Coutances à Thomas de la Hougue, clerc, diacre, du bénéfice de l'église de St Martin le Vieux, vacant par la mort de Thomas de Vauville.

1242, 13 Juin. **A tous** fideles chrestiens qui ces presentes lettres verront humble chappitre de Coustances salut en nostre Seigneur. Vous scaurez que, vacant le siege de leglize de Coustances, nous avons confere a Thomas de La Hogue, clerc, diacre, sur la presentation de religieuses personnes labbe et convent de Cerisy le benefice qui estoit vacant en leglize de Saint Martin Le Vieil en lisle de Gersey par la mort de Thomas de Vauville jadis prestre dicelle, ce que nous signiffions a tous par ces presentes. Ce faict et donne l'an de nostre Seigneur mil deux cens quarante deux le jour de Vendredy apprez le Dimanche de la Pentecoste. Soiez sauves en nostre Seigneur.

[*Extrait du même Registre, page 536*].

N.º 296

Charte de fondation de Richard de Vauville pour le prieuré de Vauville ; parmi les donations qu'il fait au prieuré se trouve un moulin à Jersey.

Circa 1163. Quoniam vita mortalium in hoc mundo admodum brevi intercluditur spatio etc. Ego Richardus de Vauvilla, omnibus Christi fidelibus tam presentibus quam futuris notum esse cupio quod pro anime mee antecessorumque meorum salute, patris mei videlicet et matris Leoniique fratris mei et pro Richardo filio ejus aliisque successoribus meis, do et concedo Deo et Sancto Vigori etc. .... et in Gerseo molendinum unum. ....

Haec acta sunt in capitulo Cerasii coram abbate et omni conventu. Et ego Richardus sigillo meo confirmavi et manu mea super altare Sancti Vigoris posui. Hujus donationis testes sunt : Robertus de Ver, Robertus Vernei, Richardus nepos ejusdem Richardi de Vauville, Robertus de Anfrevilla, Richardus filius Petri, Willelmus Palmier, Willelmus de Revers, Adam nepos Roberti de Hermanville, Robertus de Ceraseio, Thomas Portarius, Rainuldus de Veium, Renaldus de Sartorio, Hebertus infirmarius, Guerandus. Qui haec violare vel distrahere præsumpserit in conspectu divinæ majestatis anathemate gravissimo percussus moriatur simul cum anima et corpore nisi resipicerit. Amen.

[*Extrait du Cartulaire du Prieuré de Vauville ; aux archives de La Manche*].

ABBAYE DE MARMOUTIER.

N° 297.

Vidimus du 4 Juin 1396 d'une charte de Guillaume, Duc des Normands, donnant à l'abbaye de Marmoutier *(majus monasterium)* les églises de St. Pierre-port, de St. André, de St. Martin de Bellouse, de Ste. Marie de Torteval, de St. Samson et de la Ste. Trinité, à Guernesey, avec les dîmes des produits du sol et du croît des animaux ; le droit de patronage (1) ; ainsi que la dîme de quatre charruées de son domaine dans ladite Ile, et un hôte sur le tenement duquel sera construite une habitation pour le moine préposé à l'obédience.

Le Duc fait ce don avec l'assentiment de sa femme Mathilde et de son fils Guillaume (2).

A touz ceulx qui ces presentes lectres verront et orront la garde du seel du Roy nostre Sire establi aux contraz a Tours Salut Savoir faisons que nous avons veu et diligentement regardé une lectre ou carte ancienne sens seel non corrompue non rese non cancellee non effacee mes senz aucun vice ou suspiccion contenant la forme qui sensuit : Quisquis fidelium ardore succensus ....

...... Ego Willelmus divina ordinante providencia Normannorum prin- *Circa* 1048.
ceps promotus disposui aliquid ex hiis que temporaliter accepi per manus pauperum fideli Deo lege fenoris committere quod post tempus in aeterna retribucione centena merear multiplicacione recipere. Quod ut probabilius fieri possit illud pauperum genus elegi ad hoc faciendum quod sub Alberto abbate in Turonensi coenobio quod Majus Monasterium dicitur omnipotenti Deo famulatur. Quod ut liberius expediciusque Deo serviret propriis abrenuncians facultatibus voluntariam subiit paupertatem. Ut autem quantitatis sive integritatis earumdem rerum quas per manus predictorum pauperum omnipotenti Deo offero et quas apud insulam que appellatur Grenerodium videor habere in meo dominio omnis propellatur ambiguitas earum nomina huic scripto inserere jussi id est aecclesiam Sancti Petri de Portu

(1) Plus tard l'Abbaye de Blanchelande avait le patronage de l'église de St. Martin de Bellouse. (Voir N° 286 et Rôles des Assises 1309, p. 114).

(2) Dans d'autres copies de cette charte le nom de Robert est donné au lieu de Guillaume, et le nom de Néel le Vicomte se trouve parmi les témoins. Cf : Round, N° 1165, p. 421.

cum omni integritate aecclesiam Sancti Andree de putenti [1] pomerio cum omni integritate aecclesiam Sancti Martini de La Berlosa cum omni integritate aecclesiam Sancte Marie de Tortavalle cum omni integritate aecclesiam Sancti Samsonis episcopi cum omni integritate aecclesiam vero Sancte Trinitatis cum omni integritate et decimam omnium rerum tam de frugibus quam de animalibus que ad istas sex ecclesias pertinent, ipsi quoque presbiteri cum propriis rebus ecclesiasticis sub tali lege prefati abbatis potestati subjaceant ut cum eorum quis morte finierit seu in aliquo negligens aut criminosus pro quo ab ecclesia mereatur expelli deprehensus fuerit secundum arbitrium et disposicionem abbatis alter in loco illius subrogetur. Additur
or carrucarum (*sic*)
eciam his decima iiij. quas videor habere in meo dominio in supradicta insula et unus hospes cum omni integritate sue reddibicionis ubi faciat habitaculum ad manendum monachus qui preerit illi obœdiencie. Que omnia cum assensu et auctoritate mee conjugis nomine Meneldis et filii mei Willelmi [2] omnipotenti Deo et Sancto Martino concedo jure perpetuo possidenda quatinus jam sepedictorum fratrum oracionibus adjuti illorum qui elemosinis divine majestati placuerunt mereamur adjungi consorcio. Si quis autem quod absit ex successoribus nostris diabolice suggestionis instinctu hujus elemosine dono abstrahendo minorando vel mutando seu omnino denegando inferre calumniam temptaverit nisi ab hac intencione resipuerit senciat adesse hujus sacrilegii ultorem non qualemcunque sed illum qui sublimitate meritorum gemma vocatur presulum. Et ut hoc nostre largicionis scriptum per cuncta annorum curricula vigorem perpetuitatis obtineat manuum nostrarum caractere impresso crucis signaculo magna cum devocione firmavimus atque fidelibus nostris corroborandum tradidimus quorum nomina subscripta sunt ✠ S. Guilelmi comitis. S. Meneldis uxoris ejus. S. Guilelmi filii ejus. S. Odonis Baiogacensis Episcopi. S. Gauffredi Costanciarii episcopi. S. Rodulfi camberarii. S. Guilelmi filii Osberti. S. Guilelmi de Clinvilla. S. Radulphi Taisonis. S. Rotguerii de Montegomerici. S. Radulfi abbatis de Monte Sancti Michaelis. S. Gaasonii prioris. S. Guilelmi monachi. S. Ernaldi monachi. S. Tehaldi capellani.

(1) Probablement erreur pour *patenti*. (2) Voir note (2) page 379.

En tesmoing de ce nous avons mis ledit seel a ses presentes lectres. Donne le quart jour de Juing lan mil ccc. iiij.^{xx} et seze.

Collacion est faicte par moy Bruet Leon pour
Maurice Cherevain

[*L'original aux archives de La Manche. H. Prieuré de Heauville*].

Nº 298.

Notice des engagements pris par Néel II., vicomte du Cotentin, alors (vers 1048) en exil, envers les moines de Marmoutier, au sujet des églises et des terres à Guernesey situées sur le fief qu'il avait tenu dans cette île, lesquelles le Duc Guillaume avait confisquées et données à l'Abbaye de Marmoutier après la révolte et la défaite de Néel. Dans l'espoir de recouvrersa baronnie, Néel confirmait les donations ci-dessus, sauf les biens qu'il avait déjà donnés aux chanoines de St. Sauveur, recevant en récompense 40 livres, dont il devait rembourser le tiers s'il ne réussissait pas à éteindre les droits des chanoines. De fait, Néel recouvra ses héritages vers 1054.

Noverint cuncti futuris nobis temporibus successuri Niellum, quendam vicecomitem Normannensis patriæ, auctorizasse sancto Martino ejusque monachis Majoris Monasterii quicquid comes ejusdem patriæ donaverat eis in insula que Grenerolium (1) nominatur, ita, ut, si aliquando, favente Deo, reverteretur in supradictam patriam atque in honorem pristinum, unde ejectus erat quando istud fecit auctoramentum, partem quandam ex eisdem rebus quam ipse canonicis Sancti Salvatoris donaverat, et monachis supradictis auctorizare non poterat, eosdem canonicos habere permitteret, et tertiam partem quadraginta librarum quas pro prefato acceperat auctoramento monachis redderet, nisi ejectis canonicis, locum illum ipsi susciperent, atque aliquos ex se ad habitandum ibidem constituerent. Quod si facere vellent, ipse canonicos expelleret, locumque monachis omnimodis liberum traderet, ut in perpetuum deinceps possiderent et locum, et illarum partem rerum, et universa postremo que ad eundem pertinent locum. Acta sunt hec testibus istis : Ingono senescalco, Rainaldo Foliot, Richardo de Sturavilla, Gausfredo filio Rotberti venatoris, *Circa* 1048.

(1) Guernesey.

Niello de Glanvilla, Rodulfo cammerlenco ; et de hominibus Sancti Martini : Rainaldo coquo, Arnulfo sartore, Rotberto sartore, Hilduino sartore, Arnulfo filio Rainerii, Galterio Esgaret, Durando Risello, Algerio sartore, Arnulfo clerico, Michaele Rufo, Ebrulfo cellarario, Benedicto ventosario.

[*Copies à la Bibl. Nat. ms. latin 5441, t. I, p. 196 ; collection Baluze, vol. 77, fol. 58*].

N° 299.

Charte de Néel II, passée au chapitre de Marmoutier à Tours, constatant les mêmes engagements.

De auctoramento Niellii vicecomitis super ecclesiis insulæ Grenerodii.

Circa 1048. **Sciant** hoc omnes præsentes et futuri quod ego Niellus vicecomes auctorizo sancto Martino Majoris Monasterii monachisque ejus quicquid Willelmus, Normannorum comes, eis in insula donaverit quæ Grenerodium vocatur, præter partem canonicorum Sancti Salvatoris. At si me Dominus in honorem meum revocaverit, eandem partem et quicquid ad illum Sancti Salvatoris locum pertinet memorato sancto monachisque ejus similiter auctorizo, si tamen abbas Majoris Monasteri monachos in eodem mittere loco voluerit. Quod si noluerit, tertiam partem triginta et quinque librarum, quas pro hoc auctorizamento accepi, Sancto Martino restituam ; et totum aliud quod ei in prædicta insula præfatus comes dedit, liberum et quietum perpetualiter annuo, absque calumnia et contradictione aliqua quæ de me vel uxore mea aut filiis meis ac filiabus sive proquinquis surgere possit. Sciendum quoque quod hoc convenientum a me additum est, ut, si forte præscripti Sancti Martini monachi illud quod ipsis in eadem insula auctorizo pro aliqua terra quæ eis propinquior sit mutare voluerint, identidem illis auctorizem cum quibus mutationem fecerint. Testes autem sub quorum præsentia donum de hac re in capitulo Sancti Martini et supra altare ipsius feci, tam de mea quam de monachorum familia, distincte inferius sunt annotati. De familia mea : Ingo senescalus, Rainaldus Foliot, Ricardus de Sturgarvilla, Gausfridus filius Rotberti venatoris, Niellus de Glanvilla, Rodulfus

cammarlencus ; de familia monachorum : Rainaldus quocus, Arnulfus sartor, Rotbertus sartor, Hilduinus sartor, Arnulfus filius Rainerii de Blesis, Gualterius Esguarez, Michael Rufus, Benedictus ventosarius de Marolio castro, Ebrulfus cellararius, Durandus Risellus, Algerius sartor, Arnulfus clericus.

[*Collection à la Bibl. Nat., collection Moreau, vol. 40, f. 202; collection Baluze, vol. 77, f. 46; ms. latin 5441, t. IV, p. 125*].

N° 300.

Charte de Néel II, réintégré dans ses héritages, confirmant, avec le consentement de sa femme, de ses fils et de ses filles, à l'Abbaye de Marmoutier les mêmes donations du Duc Guillaume, et recevant des moines en recompense la somme de 30 livres. De plus Néel usait de son influence pour décider plusieurs personnes, et entr'autres les chanoines de St Sauveur, à abandonner leurs droits relatifs aux églises. Une de ces personnes, Roger fils Touraud, donnait à l'Abbaye 15 acres de sa propre terre à Guernesey, recevant des moines la somme de sept livres.

Notum sit omnibus, presentibus et futuris, quod ego Niellus vicecomes donum sex ecclesiarum de insula Grenerodii, quod dominus meus Willelmus, Normannorum comes, fecit liberum et quietum, sicut in scripto quod de hoc ipso fit continetur, et ab eodem comite firmatum constat, absque cujuslibet calumpniæ inquietudine, quæ de me vel de meis surgere possit, Sancto Martino Majoris Monasterii ejusque monachis perpetualiter, pro anima mea, annuo, uxore mea Adila, simulque filiis nostris, Rotgerio videlicet et Willelmo, alteroque Willelmo et Girardo, una cum sororibus eorum, Emma, Bilelde atque Mahelde, id ipsum similiter pro animabus suis annuentibus. Partes autem omnium quicumque tenebant de me aliquid de decimis harum sex ecclesiarum, id est ecclesiæ Sancti Petri de Portu, ecclesiæ Sancti Andreæ de Putenti[1] Pomerio, ecclesiæ Sancti Martini de la Berlosa, ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Torta Valle, ecclesiæ Sancti Samsonis episcopi, ecclesiæ Sanctæ Trinitatis, liberas et quietas faciens, tanquam ea quæ sub meo erant dominio, assensu et voluntate jam dictæ

Circa 1060.

(1) Patenti (?).

conjugis et filiorum ac filiarum quos supra commemoravi, prefato sancto sibique servientibus auctorizo, singulis, pro parte quam quisque in eisdem tenebat ecclesiis, reddens mutuum quod inter nos convenit. Omnes vero qui suas partes sancto Martino, me interveniente, dimiserunt, ad convincendum eos, si quandoque id negare temptaverint, hic nominatim designati sunt : Niellus filius Unfredi de Haga, Willelmus Rocherolus, Guazernacus, Torgius[1] et Ricardus frater ejus, filii Britesonis, Rotgerius Trifledus, Toraldus filius Chetelli, Guido clericus, Guascellinus de Toravilla,[2] canonici Sancti Salvatoris, Toraldus filius Helgonis. Rotgerius vero filius Toraldi, qui suam partem quemadmodum alii dimisit, septem libras denariorum a fratribus Majoris Monasterii accepit, eo quod quindecim acras terræ propriæ, quam in eadem habebat insula, Sancto Martino in dominio donaverit. Ego quoque de ipsis fratribus triginta denariorum libras sumpsi, quas michi karitate potius quam debito contulere, pro hoc auctorizamento, quod eis de omnibus quæcumque ad præfatas pertinent ecclesias feci. Testes autem qui hoc viderunt et audierunt, et hanc quæ de hac re facta est cartulam mecum pariter tactu manuum firmaverunt, his vocabulis appellati sunt : Nigellus, Adila uxor mea, Rogerius filius meus, Willelmus, Ingulfus dapifer, Rogerius filius Toraldi, Unfredus filius Ansquitilli, Rainaldus Foliot, Ricardus de Sturavilla, Gosfridus filius Rotberti venatoris, Nigellus de Glanvilla, Rodulphus camerarius, Rannulfus capellanus, Serlus filius Alveredi, Ricardus Britesonis filius.

[*Copies à la Bibl. Nat. ms. latin 5441, t. I, p. 195 ; Collection Baluze, vol. 77, f. 56 ; ms. latin 12878, f. 151 ; ms. latin 12880, f. 14*].

N° 301.

Charte de Robert Bertram (*circa* 1060) donnant à l'Abbaye de Marmoutier le droit de couper du bois dans toutes ses forêts dans le Cotentin, avec licence de l'exporter aux Iles.

Témoins : Guillaume Rocherole et Adam de l'Isle,

[Ce document, qui n'a qu'un intérêt passager, n'est pas reproduit. Une copie existe à la Bibliothèque Nationale à Paris].

(1) Deux copies portent : " Torguis ". (2) " Tortavilla " dans une copie.

N° 302.

Charte de confirmation par Guillaume le Conquérant et Néel fils de Néel II de la donation de six églises à Guernesey à l'Abbaye de Marmoutier, sur la supplique faite par l'abbé Barthélemy et autres moines, recevant dudit abbé le bénéfice de la maison et un bon tapis.

Auctoramentum Guillemi regis et Nielli filii alterius Nielli de sex ecclesiis quæ sunt in Grenerodio insula (1). *Circa* 1073.

Fugax rerum gestarum memoria litterarum vinculis est alliganda, quæ et præsentibus vel oblita in memoriam revocent vel ignorata notificent, et futuris antiqua renovent, et præterita repræsentent. Notum igitur perspicuitate istius cartæ fieri volumus fidelibus universis et maxime successoribus nostris quod Niellus, alterius Nielli filius, donationem quam suus pater fecerat sancto Martino, apud Majus Monasterium, in capitulo, de sex ecclesiis consistentibus in insula quæ appellatur Grenerodium, per deprecationem domni abbatis Bartholomæi et aliorum monachorum, sua auctoritate firmavit, accepto ab ipso abbate beneficio prædicti loci et uno tapetio satis optimo. Et ut hoc auctoramentum per cuncta annorum curricula vigorem perpetuitatis obtineat, corroboratum est manu illius nominatissimi Guillelmi, regis Anglorum, qui tunc temporis pro quibusdam suis negotiis tractandis apud Cenomanensem urbem manebat. Cujus rei testes sunt quorum nomina subscripta sunt. Signum Willelmi, regis Anglorum. Rotgerius de Bello monte. Hainricus filius ejus. Ingelrannus filius Ilberti. Rotgerius de Viriaco. Unfredus de Ostrehanno. Willelmus filius Helgui. Hugo, episcopus de Luxovio. Hugo de Gurniaco. Ricardus de Curci. Rodulfus filius Herluini. Willelmus filius Hastenchi. Rotgerius, senescalcus episcopi Baiocacensis.

[*Copie à la Bibl. Nat., collection de Baluze, vol. 77, fol. 43 v°*].

N° 303.

Fragment d'une charte de Léticie, (2) Dame de St Sauveur, confirmant la donation par Robert le Boutillier de la terre de la vieille grange de Guernesey.

(1) L'île de Guernesey.

(2) Léticie, nièce et héritière de Roger II, vicomte du Cotentin, et veuve de Jourdain Taisson.

Circa 1180. ...... Que fui uxor Jordani Teison, domina de Sancto Salvatore, concessi donationem quam fecit Robertus Botellier, scilicet terram de veteri grangia de Generroio. Testes : Robertus Malvesin de Rosel, Robertus Nepos, Unfridus Corn. etc.

[*Copie à la Bibl. Nat. ms. latin 5441³, p. 252*].

N° 304.

Donation par Ertauld à St Martin (Abbaye de Marmoutier) et à ses moines, à savoir, à Raoul, neveu de Gilbert, évêque de Lisieux, et à Gautier, ce dernier demeurant dans l'île de Guernesey, de cinq acres de terre en ladite île, situées à Noirmont,—terre d'Adélaïde, sœur de Robert L'Esturman.

1091. **Notum** sit quod Ertaldus dedit beato Martino et suis monachis videlicet domino Radulfo nepoti domini Gisleberti Lexoviensis episcopi et domino Gualtero qui morabatur in insula Grenesoii quinque acras terræ sitas in eadem insula ad Prenigrum montem, terra scilicet Adelaïdis sororis Rotberti Strumanni, salutem et quietam ab omni exactione concesserunt hoc donum ejus uxor nomine Origea quæ tunc infirmabatur et filii Radulphus et Rotbertus et Guillelmus, verum etiam Alanus gener ejus. Hoc viderunt : Radulphus filius Dode, Ebrardus prepositus, Guillelmus, Gundemarus homo supradicti Ertaldi. Facta est hec donatio anno ab incarnatione Domini MXCI.

[*Extrait du Cartulaire de Marmoutier, MSS. de M. de Gerville et copie à la Bibliothèque Nationale. Round N° 1179*].

N° 305.

Charte de Henri I, passée à Rouen, confirmant à l'Abbaye de Marmoutier les donations faites par son père, entr'autres les six églises de Guernesey, avec un moulin situé dans le cimetière de St Pierre-Port.

1113–35. **H.** Rex Anglie et dux Normannorum Episcopo Constanciensi et justiciis et vicecomitibus et baronibus salutem. Sciatis quod ego do et concedo et hac mea carta confirmo omnia dona et elemosinas

quas W. pater meus Rex dedit Deo et ecclesie beati Martini Majoris Monasterii et ea que alii antecessores mei eidem ecclesie dederunt. In primis totum dominium quod antecessores mei habuerunt in manerio de Heauvilla et terciam partem Touffreville, quartam partem Bueville cum ecclesia ejusdem ville et omnibus pertinenciis suis et septem partes de Hellevilla et ecclesiam cum pertinenciis suis et duas partes de Quethevilla et linguam integram balene que capitur in Constantino et omnes tenuras Ranulphi presbiteri quas ipse concessit presbiteris mei Majoris Monasterii ; dedit scilicet dimidiam ecclesiam de Podiis cum pertinenciis suis et dimidium de Estoubevilla et Grisetot et omnes alias tenuras suas et sex ecclesias in Insula de Guernezeio ecclesiam Sancti Petri de Portu et quoddam molendinum in cimiterio ejusdem ecclesie et ecclesiam Sancti Sansonis, ecclesiam de la Belouse, ecclesiam Sancte Trinitatis de Foresta, ecclesiam de Tortavalle et ecclesiam Sancti Andree. Hec omnia sicut scripta hujusmodi sunt precipio ut monachi Majoris Monasterii qui apud Heauvillam teneant et possideant bene et in pace quiete et libere. Volo et precipio ut monachi predicti in forestis meis de Constantino centum porcos quietos de panagio habeant et capiant de ipsis forestis meis ad focum et ad ecclesiam et cetera edificia sua edificandum et sustinendum. Teste Johanne episcopo Luxoviensi, Audieno episcopo Ebroicensi, Pagano de Clara Valle, apud Rothomagum.

✠ S. H. Regis Anglie.

[*Extrait d'un cahier en papier, écriture du 16e siècle, aux archives de La Manche*].

ABBAYE DE MONTEBOURG.

N° 306.

Copies de trois chartes :

1. Guillaume de Vernon donne à l'Abbaye de Montebourg la Chapelle de St. Magloire à Serk avec son clos, et deux acres de terre ainsi que les hôtes [1] y demeurant. Il donne aussi à l'abbaye l'emplacement du moulin de St. Magloire, de la paille pour le chauffage des moines, et le pâturage dans son domaine de l'île pour leurs bêtes. [2]
2. Robert de Barneville donne à ladite abbaye vingt sols de rente à recevoir dans l'île de Serk sur Guillaume de Vernon.
3. Richard de Vernon confirme la donation de Robert de Barneville, ainsi qu'un autre don de vingt sols de rente fait par Henri de Barneville.

I. *Circa* 1160.

Notum sit presentibus et futuris quod ego Willelmus de Vernone pro salute anime mee et patris et matris [3] mee et omnium antecessorum sive successorum meorum dedi et concessi in perpetuam elemosinam Deo et ecclesie Sancte Marie Montisburgi ibi Deo servientibus capellam Sancti Maglorii in Serco cum omni clauso et hospitibus in eodem manentibus et duas acras terre que sunt extra clausum de dominico meo cum hospite ibi manente. Et preterea concessi prefate ecclesie Montisburgi et monachis sedem molendini quod fuit Sancti Maglorii ubicunque illud ponere voluerint super aquam usque ad mare in dominico meo cum exclusis si plures forte necessarie fuerint. Et ad focum monachi ibi manentis in predicta capella ministrantris stramen unius bladii mei avene scilicet vel alterius si ei magis placuerit et pasturam omnibus animalibus suis in dominicis suis et in omni insula liberam et quietam prorsus in omnibus. Hec autem predicta omnia dedi et concessi sepedicte ecclesie Montisburgi

(1) Hôtes : espèce de fermiers qui n'avaient que l'usufruit du terrain et de l'habitation, pour lesquels ils devaient des rentes et des services.

(2) Round cite une charte de Henri II confirmant les donations de Guillaume de Vernon. (Calendar N° 891). Delisle déclare que cette charte est fausse. (Voir Recueil des Chartes de Henri II, p. 329).

(3) Guillaume de Vernon était fils de Richard de Réviers et de sa femme Adeliz Peverel ; son frère aîné était Baudouin, comte de Devon. (Stapleton II, cclxxiv).

et monachis libera et quieta ab omni debito et servicio et ab omni re ad me et heredes meos sive proheredes pertinente, et ut eis rata et firma imposterum permaneant presentis scripti munimine et sigilli mei appensione roborare curavi sub hiis testibus Witto capellano de Sco Floscello. Alano de Vinceleis. Berto Frello. Thoma de Caretot. Rad de Caisneio. Thoma de Sco Floscello et aliis pluribus.

II. Noverint omnes tam presentes quam futuri quod ego Robertus de Barnevilla do et concedo abbatie de Montebourc et monachis ibidem Deo servientibus pro anima Henrici filii mei et mea et omnium amicorum meorum vivorum et mortuorum viginti solidos de centum solidis quos habeo a domino Witto de Vernone in Serc insula in feodum et unam salinam in Bevelanda in perpetuam elemosinam et ut hec donatio rata et inconcussa permeneat auctoritate sigilli mei presens scriptum confirmo. Hujus rei testes sunt Witts de Vernone et Ricardus filius ejus, Hamo Brito, Guitts Brilleforre, Radulphus presbiter.

III. Ego Ricardus de Vernon concedo in perpetuam elemosinam abbatie Sancte Marie de Monteborc viginti solidos in insula de Serc quos Robertus de Barnevilla dedit eidem abbatie quando ejusdem loci monachus factus est cum aliis viginti solidis quos Henricus de Barnevilla eidem ecclesie dedit. Hoc autem facio petitione et assensu Oliverii de Barnevilla coram hiis testibus Guitto de Glatigneio, Radulpho de Gorgis, Radulpho Postel, Guitto de Coisneriis, Guitto de la Bruiere, Hamone Britone et multis aliis.

[*Copie faite sous le sceau de la Vicomté de Valognes, écriture du 13e siècle, aux archives de La Manche et privée du sceau dont elle était revêtue*].

No. 307.

Charte de Richard de Vernon, fils Guillaume, (*circa* 1190), confirmant les donations de son père Guillaume dans l'île de Serk à l'Abbaye de Montebourg, et y ajoutant une rente annuelle de trente sols d'Anjou, (partie d'une rente de quatre livres qu'il recevait en Serk), qui sera payable au moine de Montebourg demeurant dans l'île par les mains du prévôt du donateur.

Circa 1190. **Notum** sit omnibus presentibus et futuris quod Ego Ricardus de Vernone concessi et presenti carta mea confirmavi donationem quam Willelmus de Vernone pater meus fecit abbatie Sancte Marie Montisburgi de loco Sancti Maglorii qui est in insula de Serc cum toto clauso ejusdem loci et cum sede molendini quod fuit Sancti Maglorii et cum stramine unius bladii scilicet frumenti ad focum monachi ibi morantis. Addidi etiam huic donationi de dono meo et presenti carta confirmavi in perpetuam elemosinam pro amore Dei et salute anime mee predicto loco Sancti Maglorii et monacho Montisburgi ibi Deo et beato Maglorio in perpetuum servienti triginta solidos andegavenses de quatuor libris andegavensium uquas in eadem insula solebam habere de redditu. Reddentur enim dicti denarii singulis annis ad festum Sancti Christofori in eadem insula monacho Montisburgi in predicto loco semper moranti per manum ministri mei. Ut autem in predicto loco semper monachus Montisburgi moretur et Deo deserviat presenti carta prescriptas elemosinas confirmavi et sigilli mei impressione communivi. Testibus Herberto de Morevilla dapifero. Nicolao Folin. Ricardo filio Wigerii. Roberto presbitero de Neelhou. Magistro Rogero. Ricardo capellano. Ricardo de Osouvilla. Willelmo clerico. Roberto Pagano. Willelmo Gelberto tunc preposito de Serc et aliis multis.

[*Copie certifiée conforme aux copies originales, écriture du 13e siècle, aux archives de La Manche*].

N° 308.

Charte de Richard de Vernon (1196) confirmant à l'Abbaye de Ste Marie de Montebourg le don [voir le N° 307] de l'emplacement de la Chapelle de St Magloire dans l'ile de Serk, avec son clos et l'emplacement du moulin, qui fut à St Magloire, pour en bâtir un nouveau sur son domaine, avec les écluses et la paille d'une espèce de blé, i.e. avoine, pour chauffer le chapelain y demeurant.

Richard de Vernon ajoute de son propre don, pour ladite chapelle et le chapelain y desservant, trente sols d'Anjou et pour le luminaire de St Eustache[1] dix sols d'Anjou, payables annuellement dans ladite île de Serk à la fête St Christophe par la main de son prévôt;

(1) Probablement un autel particulier dans la Chapelle St Magloire.

et en plus la terre des Fossés et de la Hennière de son domaine, ainsi que l'officier, appelé l'*Obschar*, [1] chargé du transport des récoltes du donateur.

Cette charte est donnée dans la Chapelle de St. Magloire même. [2]

1196. **Notum** sit omnibus presentibus et futuris quod ego Ricardus de Vernone concessi et presenti carta confirmavi Abbatie Sancte Marie Montisburgi locum Sancti Maglorii qui est in Serco Insula cum omni clauso suo et sedem molendini quod fuit Sancti Maglorii ubicunque poterit convenientius et commodius poni in dominico meo cum exclusis et stramen unius bladii videlicet avene ad focum monachi qui ibi habitabit. Dedi preterea eidem loco Sancti Maglorii et monacho Montisburgi in eodem Deo servienti in perpetuam elemosinam pro amore Dei et salute anime mee triginta solidos andegavensium ; et insuper ad luminare Sancti Eustachii decem solidos andegavensium. Ita ut monachus predicti loci annuatim illos denarios ad festum Sancti Cristofori in eadem Insula per manum ministri mei omnes simul recipiat de quatuor libris andegavensium quas in eadem insula de redditu habebam, et insuper terram de Fossetis et de Hennaria, quam homines mei michi juraverunt esse de dominico meo, et obschar de omnibus portagiis segetum mearum Deo et Sancto Eustachio et Sancto Maglorio in perpetuam elemosinam dedi. Actum fuit hoc anno incarnati verbi millesimo centesimo nonagesimo sexto in eadem Insula in capella Sancti Maglorii coram me. Vt autem ista elemosina in perpetuum firmiter teneatur presentem cartam sigillo meo confirmavi. Testibus istis Petro de Orglandris, Ricardo de Osowilla, Willelmo clerico, Roberto Pagano, Willelmo Gerberto, Matheo sacerdote [3] et pluribus aliis.

[*L'original aux archives de La Manche, revêtu du sceau en cire verte de Richard de Vernon*].

No. 309.

Lettre d'Eustache, évêque de Coutances (1285) contenant vidimus des chartes de Guillaume et Richard de Vernon, et de Robert de Barneville, ci-dessus imprimées.

[*L'original aux archives de La Manche. H. 12816*].

(1) Voir Glossaire de Ducange.

(2) Au sujet de la visite de Richard de Vernon à Serk voir Bull. S. J., vol. ix, p. 19.

(3) Dans une copie de cette charte faite au 13e siècle existant aux archives de la Manche trois témoins additionnels y figurent, savoir : Radulphus Estur, Radulphus Faber et Richardus Estur.

ABBAYE DE LONGUES.

Nº 310

Charte de fondation de l'Abbaye de Longues. Hugues Wac donne à l'abbaye entr'autres possessions une terre que son père tenait en l'Ile de Guernesey.

1168. **Universis** sanctae ecclesiae filiis, Hugo Wac, Salutem in Domino. Notum sit omnibus, tam presentibus quam futuris, me dedisse et in perpetuem elemosynam confirmasse ecclesiae beatae Mariae de Longis, quam ego ipse in abbatiam fundavi, pro salute animarum patris et matris meae, et praedecessorum meorum, et pro remisssone peccatorum meorum, et pro animabus Bauduini filii Gilleberti, et Emmae filiae ejus uxoris meae, et pro salute liberorum meorum Bauduini et Gaufridi, et aliorum et omnium amicorum meorum vivorum et mortuorum, locum ipsum in quo abbatia fundata est, etc. .... et terram quam pater meus habuit in insula de Ghernesei.

Hoc autem factum est anno ab incarnatione Domini M.CLXVIII consilio et consensu venerablis patris nostri Henrici Bajocensis episcopi etc.

[*Gallia Christiana. Instrumenta ecclesiae Baiocensis. Tome xi, col. 83*].

Nº 311.

Confirmation par Henri II des possessions de l'Abbaye de Longues ; entr'autres, de la terre à Guernesey que Hugues Wac et son fils Baudouin avaient donnée et que Geoffroi Wac[1] tenait auparavant.

NOTE : En 1309 Nicolas de Chesney, le successeur de la famille Wac au fief du Comte, prétendit que l'Abbé de Longues tenait de lui cette terre, située dans la paroisse de St Sauveur, Guernesey. (Rôle des Assises, p. 141).

(1) Il paraît que Geoffroi était le père de Hugues Wac. Round (Documents in France Nº 1452) cite une charte de Baudouin Wac, sans date, confirmant à l'abbaye les dons de son père.

Henricus, Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus, et omnibus ballivis et fidelibus suis, salutem. 1185-89.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse ecclesie Beate Marie de Longis, et monachis ibidem Deo servientibus, omnes subscriptas rationabiles donationes sibi factas et cartis donatorum confirmatas. .... Ex dono Hugonis Wac et Baldewini filii sui, locum ipsum in quo abbatia de Longis fundata est cum vulgultis et vivariis adjacentibus, et molendina cum aliis rebus ad eundem locum pertinentibus, et ecclesias de feodo predicti Hugonis in Normannia, scilicet ecclesiam de Longis, et ecclesiam de Rebercil, et medietatem ecclesie Sancti Hylarii de Parva Villa et ecclesiam de Esnegervilla, et culturam de Transversana, et culturam de Lovia, et culturam de Faberilis, et landam de Longis, et decimam molendini de Sancto Gabriele et denariorum suorum censuariorum ejusdem ville, et furnum de Longis, et decimam denariorum de censis (?), et decimam molendini de Rebercil, et partem prati ante molendinum, et partem suam molendini de Runcheta, et unam acram terre ad campum, et campum de Gernerui quam habuit Gaufridus Wac, et mansuram Guiardi cum communi pastura ville.

[*Recueil des Actes de Henri II, vol. ii, No DCCLVII, p. 408*].

CATHÉDRALE DE COUTANCES.

No 312.

Jugement du Roi Henri I, daté de Rouen, 1134, faisant savoir qu'en sa présence et en l'audience des assistants, les chanoines de Cherbourg, et en particulier Onfroi d'Angoville, avaient fait restitution à Algare, Evêque de Coutances, de l'église de Ste Marie d'Aurigny avec quatre vergées de terre[1], laquelle église Guillaume le Conquérant avait reconnu par sa charte comme appartenante à l'église de Coutances, et laquelle ledit Onfroi avait tenue sans droit.

(1) Dans la bulle du Pape, No 313, "quatre bouvées".

La fausse charte, que les chanoines de Cherbourg avaient produite à l'audience de la Cour du Roi, fut annulée. Ensuite l'évêque Algare présenta le même Onfroi à la cure de l'église pour sa vie.

1134. **Rex Anglie** Archiepiscopo Rothomagensi Episcopis Abbatibus Comitibus Justiciariis Vicecomitibus Baronibus et omnibus filiis sancte ecclesie per Normanniam constitutis Salutem. Sciatis quod in presentia mea et omnium subscriptorum audientia reddiderunt canonici de Cesarisburgo et nominatim Unfredus de Angovilla ecclesiam beate Marie de Auregny cum iiij vergatis terre Ecclesie Constanciensi atque episcopo Algaro et successoribus ejus quietam et absolutam ab omni calumpnia Ecclesie de Cesarisburgo et ipsius Unfredi qui tunc temporis ipsam injuste tenebat tanquam illam que de jure Constanciensi erat ecclesie ab antiquo sicut carta patris mei quam habebat contestabatur. inde et quoque ipsi canonici Cesarisburgenses carta quam in medium protulerunt communi consideratione curie mee et eorum qui affuerunt et cassata et falsata fuit. Quare volo et precipio firmiter quod ecclesia illa cum omnibus que ei pertinent quieta ecclesie Constanciensi et Episcopo maneat in sempiternum. Hic tamen meo episcoporumque consilio concessit pius Algarus prefato Unfrido ecclesiam illam cum elemosinis tenendam de Episcopo et ecclesia Constanciensi in vita sua tantum sive quousque religionis habitum receperit ita quod in prebenda eam non tenebit neque de tenura ista versus ecclesiam Cesarisburgi aliquem repertorem neque jus habebit. His testibus **Mathilde** imperatrice, Hugone archiepiscopo Rothomagensi, Henrico episcopo Baiocensi, Nigello episcopo Elyensi, Johanne episcopo Sagiensi, Johanne episcopo Lexoviensi, Audoeno episcopo Ebroicensi, Richardo archidiacono Gloucestrie, comite Warenne, Roberto de Ver, Unfredo de Bohun, Hugone Bigot, Roberto Bertranno, Willelmo de Vernone. Apud Rothomagum. Anno ab incarnatione Domini M° C° xxxiiij°.

[*Extrait du 4e feuillet du 1er registre du chapitre de la Cathédrale de Coutances*].

N° 313.

Bulle du Pape Eugène III, datée du 26 Février 1145, confirmant à Algare, Evêque de Coutances, les possessions de sa cathé-

drale, parmi lesquelles l'église d'Aurigny avec une terre de quatre bouvées ; l'église de S[t] Sauveur à Jersey, avec ses terres, dîmes et autres appartenances ; l'église de Serk avec ses dîmes et sa terre.

Eugenius episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Algaro Constanciensi episcopo etc.

Guillelmus nutu Dei comes Normannorum nimis deprecatione abbatisse accepto calice aureo Villarensis ecclesiæ ad victum monialium addidit medietatem octo ecclesiarum Giriacensis insulae, videlicet ecclesiæ S. Clementis, sanctique Martini Vetuli, et alterius ecclesiæ sancti Martini, et sancti Heleri, et sancti Petri, et sancti Broladrii, et sancti Audoëni sanctæque Dei genitricis Mariæ, sub testimonio conjugis suæ Matildæ, necnon et Rogerii de Montegomerico et Guillelmi Osberni filii et Radulphi camerarii. (1) — *Circa* 1053–1066.

[*Gallia Christiana, Tome xi. Instrumenta, Appendix. Col. 326–330.*]

ABBAYE DE BELLOSANNE

Nº 327.

Charte du Roi Jean, datée du 7 Janvier 1200, confirmant une charte antérieure octroyée par le Roi lorsqu'il était Comte de Mortain, et donnant en perpétuelle aumône à l'abbaye de Bellosanne vingt livres de rente à recevoir sur les tenements (2) y dénommés situés sur le Mont de St. Hélier, depuis la terre de Guillaume de Surville au nord jusqu'à la mer et depuis la terre de la Chapelle jusqu'à l'étable du Manoir. Les chanoines posséderont ces tenements avec leurs appartenances tant en terre qu'en mer, avec les hommes qui les tiennent, et avec toutes les franchises y appartenant, sans faire aucun service seculier.

(1) Une bulle du pape Jean xxiii, datée du 26 Février 1414–15, autorise Jeanne d'Aumont, Abbesse de Montivilliers, à vendre sa part du revenu desdites huit églises. (Hist. de la ville de Montivilliers, par Dumont et Martin, Vol ii, p. 62).

(2) Ces terres, mesurant 45 bouvées, 4 acres, 20 perches (1096½ vergées), formaient le Fief de Bellosanne.

1200, Jan. 7. **Johannes** Dei gratia Rex Anglorum, Dominus Hiberniæ, Dux Normannorum, [et] Aquitanorum, Comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis &ca Salutem. Noverit universitas vestra nos pie divinitatis intuitu pro salute anime nostre & pro animabus antecessorum nostrorum dedisse & concessisse, & hac presenti carta nostra confirmasse Deo & abbatie Beate Marie de Belosanna & canonicis ibidem Deo servientibus viginti libras redditus in Insula nostra de Gersia in puram & perpetuam elemosinam, videlicet in hiis tenementis subscriptis. In monte Sancti Helerii a parte aquilonis a terra Willielmi de Surevilla usque ad mare & a terra capellaniæ usque ad bovenam manerii. De tenemento Grosserii viginti quatuor solidos pro tribus bovatis terre. De tenemento Rogerii Hastein quatuordecim solidos de firma, & pro camparto quindecim solidos novem denarios de tribus bovatis & dimidia. De tenemento Hugonis de Drowaldi viginti septem solidos pro tribus bovatis terre. De tenemento Willielmi La Faitie decem & septem solidos & quatuor denarios pro duabus bovatis & una acra. De tenemento Willielmi Malmarchie sexdecim solidos tres denarios pro duabus bovatis & dimidia. De tenemento Hunfridi Laridun septem solidos pro una bovata. De tenemento Roberti de Sancta Cruce viginti duos solidos sex denarios pro duabus bovatis & dimidia. De tenemento Radulfi de Sancto Egidio decem & octo solidos pro duabus bovatis. De tenemento Rogerii filii Godefridi quadraginta solidos pro quatuor bovatis. De tenemento Hosmundensium triginta unum solidos et sex denarios pro tribus bovatis & dimidia. De tenemento Carpentarii quadraginta septem solidos pro quinque bovatis. De tenemento Malmarchie sexdecim solidos pro duabus bovatis. De tenemento Willielmi Columb viginti solidos pro duabus bovatis & dimidia. De tenemento Godfridi Crespell viginti solidos & duos denarios pro duabus bovatis & dimidia virgata terre. De tenemento Jordani Martin octo solidos pro una bovata. De tenemento Roberti Abatfaleyse quinque solidos & sex denarios pro una bovata terre, de eadem vero bovata terre ipsius remanent nobis tres solidi & sex denarii. Item Robertus Abatfaleyse de alio tenemento quinquaginta solidos pro quinque bovatis. Volumus etiam et firmiter precipimus quod predicti canonici habeant & teneant omnia predicta tenementa cum hominibus & omnibus pertinenciis suis tam in mari quam in terra libere & quiete, integre & plenarie,

bene & in pace, sicut puram & perpetuam elemosinam absque omni seculari servicio cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus ad predicta tenementa & tenentes pertinentibus sicut carta nostra quam eis fecimus dum essemus comes Moretonie rationabiliter testatur Testibus Galfrido Eboracensis archiepiscopo, Willielmo Marescallo comite Penbrocensis, Rogero de Toeny, Willielmo de Stagno, Willielmo de Kantilupo. Datum per manum Simonis archidiaconi Wellensis apud Lyram septimo die Januarii anno regni nostri primo.

[*Rôle d'Assize de 1309. m. 31. Bureau des Rôles*].

ABBAYE DU VAL RICHER.

N° 328.

Charte, datée de 1203, par laquelle Pierre de Préaux, Seigneur des Iles, donne à l'abbaye du Val-Richer l'ilot entier d'Ecréhou, pour y construire une chapelle sous l'invocation de la Vierge.[1] Il concède aussi aux moines tout ce qui leur aurait été donné par les hommes de Jersey, de Guernesey et d'Aurigny, ses droits réservés.

Universis sanctæ matris ecclesiæ filiis ad quos præsens 1203.
scriptum pervenerit, Petrus de Pratellis, in Domino salutem. Noverit universitas vestra me, divinæ pietatis intuitu, concessisse et dedisse et præsenti carta mea confirmasse Deo et ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Valle Richerii et monachis ibidem Deo servientibus pro salute animæ Johannis illustris regis Angliæ, qui insulas mihi dedit, et pro salute animæ meæ et patris et matris meæ et omnium antecessorum meorum insulam de Escrehou integre, ad ædificandum ibidem basilicam in honore Dei et beatæ Mariæ, ita ut divina ibidem celebrentur mysteria singulis diebus ; habendam et possidendam libere et quiete, plenarie et honorifice, in liberam et puram et perpetuam elemosynam, et quidquid in eadem insula poterunt augmentare et ædificare. Item, concessi prædictis monachis quidquid ab hominibus de Gerse et de Gernese et de Aurene eis caritatis intuitu rationabiliter datum fuerit, salvo jure meo. Ut autem hæc mea donatio ratam futuris temporibus obtineat firmitatem eam presenti scripto et sigilli mei munimine con-

(1) Les ruines de cette chapelle existent encore sur la Maître Ile.

firmavi. His testibus : Engeranno de Pratellis, fratre meo, Roberto de Freschen, Hugone Croc, Gilberto de Ovill, militibus, Willelmo capellano, Richardo clerico, Nicolao de Mara, Willelmo Cornuele, Willelmo clerico de Camera et pluribus aliis, anno ab Incarnatione millesimo ducentesimo tertio.

[*Gallia Christiana. Tome xi. Instrumenta N° xxxii.*[1] *col. 94*].

N° 329.

Fragment d'un rentier du XVe siècle, contenant une liste des rentes appartenant à la chapelle des Ecréhou, dans les Iles et en France.

Les rentes de Notre Dame de Escrehou en Gierresy :

Guiffrey Galicen : iij quartiers de forment sus ung masnage contenant environ vj vergées de terre, en la parroisse de la Trinité, lequel fu acquis par ledit Galicen des hoirs dam Ricart Fanegot, prestre.

Philippe Perchart : troys caboteaulx de fourment.

Raoul et Guillot dis les Pihans : x sols.

Ricart Morbert : ij sols iiij deniers, le tout assis en la parroisse de la Trinité.

Memore du moulin appellé le moulin Saint-Michel autrement le neuf moulin appartenant à Notre-Dame de Escrehou. [2]

Sus le moulin de la Haye, la diesme de la revenue d'icelui, du don de Robert de Surville et Colin son frère, assis en la parroisse de Saint-Laurens de l'isle de Gierresy.

Sus le moulin de Barneville, iiij quartiers de fourment du don Simon de Dammartin, conte, et de Aalis, sa femme, fille du roy Louys de France. Note : que c'est a Saint-Nicolas du Bosc Rogier.

Du don de Philippe de Quarteret : xv sols tournois sus iceulx qui s'ensuivent [3] :

(1) On trouve dans le même tome, col. 447, dans la liste des abbés du Val Richer, que sous le 5e abbé nommé Alexandre, Pierre de Préaux, *anglus*, donna au monastère du Val Richer " integram insulam de Escrehou et molendinum Sancti Michælis in insula Jersei ".

(2) Ce moulin était situé en la paroisse de St Sauveur. (Rôles des Assises 1309, p. 239).

(3) La somme due sur les fiefs se monte à 12 sols. La balance de 3 sols est probablement representée par le boisseau de sel dû par Guillaume Coquerel. Ce Philippe de Carteret est probablement Seigneur de St Ouen en 1235.

Sus le fieu Pierre le Machon : iij sols.
Sus le fieu Raoul le Bonnier : iij sols.
Sus le fieu Baon et Morant : iij sols.
Sus le fieu Paen : iij sols.
Guillaume Coquerel : j boissel de sel sus sa saline qui est assise sus le moulin a Longueville et fut fait l'an mil cc xxxv.

Du don Guillaume d'Argences : j. moulin a vent et la pièce de terre sus quoy il siet, en la terre Rogier Poutrel.
Sus le moulin a bley dudit xx. boisseaulx de fourment mesure de Barneville.

A Grouville en l'isle :

Philippot Le Marchant pour le moulin foulereis : xiij. caboteaulx de fourment.
Ricart le Doublierre et Guillaume Le Hurtour : iiij. caboteaulx de fonrment.
Pierres le Veeil : demy cabot de fourment.
Guillaume Ugon et Jehan Angot : demy caboteaul.

Saint Martin :

Colin le Bastart : ij. cabos et demy de fourment.
Jehan Hubert : demy cabot de fourment. (1)
John le Riche : ij. cabos de fourment.
Jehan de la Ville : j. cabot de fourment.
Guillaume de Lomey (?) por la capelle et meson une coronne d'or.

La Trinité :

Jehan Philippe : j. cabot de fourment.
Matheu Maugier : ij. cabos.
Raoul Bussier : demy cabot etc. etc.

Saint Sauvour :

Regnault le Lorant : vij. caboteaulx de fourment.
Jehan Le Feuvre : j. cabot de fourment.
Guillaume Nourry : ij. caboteaulx.
Lescluse : iiij. sols.
Item, a Guernerey : xx. caboteaulx de fourment.
Saint Ouen, pour la porquerie : xv. sols sus quoy il est deu a Jehan de Saint Martin : j. quartier de fourment.
Item, la guerbe dez iiij. parroisses.

[*Archives du Calvados. H. Abbaye du Val Richer*].

(1) La famille Hubert payait encore ces trois sixtonniers de rente au moins jusqu'à l'année 1749. (Extente 1749). On peut identifier autres de ces rentes dans les Extentes de 1528, 1607, 1668 et 1749.

ABBAYE DE LA CROIX St. LEUFROI.

N° 330.

Aveu rendu en 1464 par les religieux de l'abbaye de la Croix St Leufroi (diocèse d'Evreux) des principales possessions de leur abbaye, entr'autres un prieuré à Guernesey nommé " La Refrairie ".

1464. Item : En l'éveschie de Coustances, ès isles de Guernesis ung hostel dit prieuré, nommé Saint Michiel de la Royfrarie, en la paroisse de St. Pierre Port. (1)

[*Archives ecclésiastiques de l'Eure. H. 282*].

L'ABBAYE DE CORMERY.

N° 331.

Lettre du Roi Edouard I., en date du 24 Avril 1292, adressée à ses baillis et à ses sujets des îles, leur faisant savoir que le Roi avait confirmé la vente par l'abbaye de Cormery à Maistre Guillaume de St Rémy, des rentes et des franchises que l'abbaye possédait dans l'île de Guernesey et appartenant au Prieuré de Ste Helène *in Hagua ;* pour laquelle vente Renaud d'Ayswelle, alors Bailli de Guernesey, reçut, suivant la coutume de l'île, cent sous monnaie de Tours, et octroya licence audit Guillaume de St Rémy de posséder lesdites prémisses, apposant au contrat translatif le sceau des bailliages des îles, avec ceux du Doyen, du Prieur et des Jurés du Roi de ladite île. (2)

(1) C'est ici une erreur ; le prieuré était situé en la paroisse de St André. (Voir Rôle d'Assise 1309, p. 159). Dans les rôles de l'échiquier pour les années 1195 et 1198 le fermier de Guernesey fut accordé une réduction sur les sommes à verser en ce qui concernait l'abbaye de la Croix St Leufroi. Il est donc probable que le don des terres du prieuré fut fait entre 1180 et 1194. (Voir Stapleton Mag. Rot. Scacc. Norm., vol. i. p. 225 et vol. ii, p. 390).

(2) Guillaume de St Remy fut rélévé de ses fonctions de bailli en 1293. Dans le Rôle d'Assise de 1294, les jurés de la paroisse de St André font rapport que " le fie " de Seint Helaine est en ladite paroesse, lequel Maestre Guillaume de Saint Remie " acheta de l'abé et de covent ; quant il ajura le pays le fie chai en la main du Roi ". Ayant été pardonné, ses terres lui furent restituées. Voir à ce sujet : Ancient Petitions, Publ. Soc. Jer., pages 64 et 65.

1292, Avril 24.
Vacat quia restituta fuit liberata et cancellata.

Rex balliuis et omnibus tenentibus suis Insularum salutem. Cum Religiosi viri Abbas et Conuentus Cormoracenses pro utilitate monasterij sui vendiderint et imperpetuum concesserint Magistro Willelmo de sancto Remigio et suis heredibus redditus et libertates una cum pertinencijs quos et quas habebant et habere poterant in Insula Generoij spectantes ad Prioratum dictorum Religiosorum sancte Elene in Hagua tam in terris quam redditibus escaetis et aliis uniuersis pro certo precio de quo eisdem Religiosis satisfecit idem Willelmus in pecunia numerata, que quidem pecunia in dictorum Religiosorum utilitatem est conuersa et que premissa taliter vendita dicti Religiosi tenentur eidem Willelmo et suis heredibus warantizare et defendere versus omnes prout in carta super hoc confecta sigillo dictorum Religiosorum sigillata plenius continetur, pro cuiusmodi venditione seu venta Reginaldus de Ayssewell tunc temporis in dicta Insula balliuus noster centum solidos Turanenses iuxta loci consuetudinem habuit et recepit dictoque Willelmo et suis heredibus dedit licentiam premissa perpetuo possidendi et ad warantizacionem premissorum idem balliuus cuidam carte sigillum nostrum balliue Insularum una cum sigillis Decani Prioris et Juratorum nostrorum de dicta Insula apposuit prout in dicta carta plenius continetur. Nos vero venditionem et concessiones predictas ratas habentes et gratas volumus et concedimus quod dictus Willelmus et sui heredes premissa habeant et possideant imperpetuum secundum tenorem litterarum predictarum et secundum foros et consuetudines Insule supradicte. In cujus et cetera. Teste Rege apud ffulmere . xxiiij . die Aprilis.

[*Patent Rolls. 20 Edw. I. m. 14. Public Record Office*].

VILLE DE ROUEN.

N° 332.

Charte de Henri, duc de Normandie, confirmant les privilèges accordés aux bourgeois de Rouen par son père, Geoffroi. Ce document, dont une longue analyse se trouve dans Round (Calendar of Documents in France N° 109), n'a qu'un intérêt passager pour nous,

de ce qu'il mentionne l'île de Guernesey comme étant sur l'itinéraire des vaisseaux faisant le commerce entre l'Irlande et la ville de Rouen. Nous imprimons seulement cette partie de la charte.

Il est dit que nul vaisseau partira de la Normandie pour l'Irlande excepté du port de Rouen ; cependant un vaisseau peut y aller une fois par an du port de Cherbourg. Chaque vaisseau venant d'Irlande doit, après avoir passé l'Ile de Guernesey, se diriger vers le port de Rouen. De tels vaisseaux le Roi percevra un paquet de peaux de martres, ou dix livres de Rouen, dans le cas où les marchands déclareront sous la foi du serment qu'ils n'ont pas de peaux de martres et qu'ils ne frustrent pas le Duc de Normandie de ses droits.

1150–51. H[enricus], dux Normann[orum], Hugoni, Rothomagensi archiepiscopo, et omnibus episcopis et baronibus, vicecomitibus et omnibus ballivis et ministris et fidelibus suis Normannie, salutem.

Sciatis quod ego concessi civibus Rothomagi quod, sicut unusquisque eorum tenebat in anno et die quo rex Henricus vivus fuit et mortuus, ita teneat. Item ....

Item nulla navis de tota Normannia debet eschippare ad Hiberniam nisi de Rothomago, excepta una sola cui licet eschippare de Cesarisburgo semel in anno. Et quecunque navis de Hibernia venerit, ex quo caput de Gernes transierit, Rothomagum veniat, unde ego habeam de unaquaque navi unum tymbrium de marturina aut decem libras Rothom[agensium] si ejusdem navis mercatores jurare pot[u]erint se ideo non mercatos fuisse illas marturinas, ut auferrent consuetudinem ducis Normannie ; et vicecomes Rothomagi de unaquaque habeat viginti solidos Rothomag[ensium] et camerarius Tancarville unam accipitrem aut sexdecim solidos Rothomag[ensium].

....

[*L'original perdu, mais plusieurs copies existent aux archives municipales de la ville de Rouen et à la Bibliothèque Nationale. Voir aussi Recueil des Actes de Henri II. Tome i, p. 18*].

L'ABBAYE DU MONT St. MICHEL (*Supplémentaire*).

No. 333.

Charte de Richard, évêque de Coutances, relative à la dîme de la terre de La Perrelle, à Guernesey, que Guillaume, prêtre d'Yvetot, avait reclamée. Un accord est intervenu par lequel il se désiste de sa réclamation, moyennant le paiement de treize livres d'Anjou, et la dîme est déclarée appartenir à l'abbaye du Mont St. Michel. (Voir les Nos. 116 et 165(8)).

Omnibus sancte matris ecclesie catholicis tam presentibus quam futuris Ricardus Dei gracia Constanciensis episcopus in Domino salutem. Que coram rectoribus sancte ecclesie finem capiunt ne iterum in controversiam veniant equum est scripto et sigilli munimine diligenter confirmare. Ea propter universitati vestre notum fieri volumus quod Willelmus sacerdos de Ivetot causam quam adversus venerabilem abbatem Robertum et monacos Sancti Michaelis de Monte super decima de Perella in Gerneroio ingressus fuerat coram nobis refutavit et prefato abbati decimam illam cum omnibus ejus pertinenciis in terra et melagio quietam adclamavit ipse et frater ejus Alanus et filius suus Ricardus et super sanctum evangelium unusquique (sic) eorum juravit quod nichil in ea deinceps clamarent, et si qui super hac emergerent impetitores abbatiam prefatam et monacos inde pro posse suo juvarent. Receperunt etiam proinde ex dono et gracia abbatis et monacorum XIIIe libras Andegavensium et alteri fratrum religionis suscepture concessum, eo retento ut secum deferat que tunc dinoscetur habere. Facta est hec composicio et confirmata coram nobis et assistentibus his fratribus nostris et amicis Ansgoto abbate de Lucerna et ejusdem loci priore. O. cantore nostro, Philippo, Willelmo, Johanne archidiaconis nostris. Alveredo, Willelmo, Roberto de Sancto Laudo, Roberto de Milleio canonicis, Ansgoto decano, Rogero capellano et aliis multis. Anno ab incarnatione Domini Mo. C. LVIII. iiijto. idus Junii in ecclesia sancte Marie Constanciensis ante altare apostolorum beati Petri et Pauli. Hoc autem ut inconcussum maneat auctoritate nostra et sigilli nostri munimine confirmamus et ne quis contraire conetur anathematis censura prohibemus.

1158, 10 Juin.

[*Original aux archives de la Manche; revêtu du sceau de l'évêque dont la légende a disparu*].

Nº 334.

Bail des esperqueries du Valle et de Plemont à Guernesey, appartenant à l'abbaye du Mont St. Michel, à Pierre Darcis, de Gascogne.

1296. **Universis** presentes litteras inspecturis, Johannss divina permissione humilis abbas monasterii nostri Sancti Michaelis in periculo maris ac ejusdem loci conventus, salutem in Domino. Noverint universi nos dedisse ad firmam espercharias nostras de Valle et de Plano Monte costumas megarum [1] Petro Darcis Vaschonico usque ad quatuor annos continue venturos, videlicet quod libet millarium congrorum pro sex libris turonensibus termino incipiente anno Domini Mº ccº nonagesimo sexto, die lune post nativitate beate Marie.

[*Extrait du MS. de M. de Gerville, Répertoire pour les Iles Anglo-Normandes, p. 235*].

Nº 335.

L'Abbé du Mont St. Michel s'étant plaint que ses esperqueries de congres et ses coutumes de maquereaux avaient été saisies entre les mains de la Couronne, le Roi avait ordonné à Edmond de Cheney, Gardien, de lui faire rapport snr le sujet. Ce Gardien n'ayant pas obéi au mandement royal, le Roi ordonne qu'il ne doit plus se mêler de l'affaire et que si les revenus ont été recueillis, ils doivent être restitutés à l'abbé intégralement. [Voir le Nº 113 de ce Recueil].

1365, Mai 7. **Edwardus** Dei gratia Rex Anglie dominus Hibernie et Aquitanie dilecto et fideli suo Edmundo Cheyne custodi Insularum nostrarum de Jereseye Gernereye Serk Aureneye, salutem. Cum nuper ad prosecucionem dilecti nobis in Christo abbatis de Monte Sancti Michaelis in periculo maris nobis suggerentis ipsum et predecessores suos abbates loci predicti in possessione Esparkarie congrorum et custumarum makerellorum de hominibus et tenentibus suis in dicta Insula de Gernereye habendum et percipiendum a tempore quo non extat memoria absque interruptione aliqua extitisse sicut per recordum et processum placiti inde inter nos et predictum Abbatem

(1) Megarum = des maquereaux.

in ultimo itinere justiciarum moti [et] habiti plenius poterit apparere, ac vos ipsum Abbatem et Priorem de Vallia in dicta Insula de Gernereye eidem Abbati subiectum a possessione dictarum Esparkariarum et custumarum voluntarie et absque processu debito iam de novo amoveri fecisse et eas in manu nostra seisinisse nimis iuste in ipsius Abbatis dampnum non modicum et ecclesie sue exheredacionis periculum manifestum, vobis per breve nostrum mandavimus quod essetis coram nobis et consilio nostro in Cancellaria nostra a die Pasche proximo preterito in tres septimanas ubicumque tunc esset ad informandum nos et consilium nostrum de modo [et] causa captionis Esparkariarum et custumarum predictarum in manum nostram et de jure quod ad nos pertinet de eisdem, quem diem prefato Abbati dedimus tunc ibidem ad faciendum [et] capiendum quod justum foret in premissis, et quia licet breve nostrum predictum recipientes sicut coram nobis est sufficienter testificatum ad diem predictum non venistis et per tenorem recordi et processus predictorum que coram nobis in Cancellaria venire fecimus plene liquet quod predicti abbas et prior et predecessores sui in possessione percipiendi et habendi Esparkarias congrorum et custumas makerellorum de hominibus et tenentibus suis propriis in dicta Insula de Gernereye a tempore quo non extat memoria seisiti fuerunt et notes[cendum] predictos abbatem et priorem super iure suo in hac parte prejudicari : vobis mandamus quod manum nostram de predictis Esparkariis et Custumis sic per vos in manum nostram captatis vos inde ulterius non intromittatis, et exitus si quos inde perceperitis prefatis abbati et priori integre liberetis, salvo jure nostro et alterius. Teste meipso apud Westmonasterium, vij die Maii anno regni nostri tricesimo nono.

[*L'original à la Bibliothèque du Doyen et Chapitre d'Exeter; revêtu du grand sceau d'Angleterre en partie brisé*].

LES PÊCHERIES DES ILES

N° 336.

Charte du Roi Jean, datée de 1199, par laquelle il donne à Vital de Villa et à ses hoirs cinquante livres d'Anjou sur deux baleines dans le port de Biarritz en échange de la rente que le Roi Richard, son frère, lui avait concédé à l'égard du droit de sécher le poisson dans les îles de Guernesey et de Jersey ; à condition toujours que si ces baleines valent par an plus que cinquante livres ledit Vital et ses hoirs verseront l'excédant au Roi ; mais si au contraire lesdites baleines ne valent pas pour aucune année cinquante livres, alors ledit Vital aura le droit de se rembourser sur le revenu d'une année subséquente.[1]

1199, 6 Sept. **Johannes** Dei gratia etc. omnibus ad quos presens scriptum pervenerit salutem. Sciatis nos dedisse et presenti carta nostra confirmasse Vitali de Villa et heredibus suis quinquaginta libratas redditus Andegavenses in duabus baleinis in portu de Beiarid in escambium redditus quem Rex Richardus frater noster ei dedit in siccacione piscium in insulis Genereii et Geresei ; ita quod [si] cetus illi valeant per annum plusquam quinquaginta libratas ipse Vitalis de superplusagio nobis et heredibus nostris fideliter et heredes sui prout eum respondebunt. Quare volumus et firmiter precipimus quod predictus Vitalis et heredes sui habeant et teneant prefatum redditum de nobis et heredibus nostris bene et in pace et honorifice sine omni vexacione, et si predicte baleine non valeant in uno anno quinquaginta libratas recuperet in anno sequenti defalcum in superplusagio precii sui ultima quinquaginta libratas.

T. H.[uberto] Cantuarensi archiepiscopo etc., sexto die Septembris [apud] Aurivallum, anno regni nostri primo.

[*Rot. Chart, p. 17*].

(1) Voir Stapleton Magn. Rot. Scacc. Norm., pages 225 et 390, pour les payements à Vital en 1195 et 1198 de la moitié de cette rente due sur l'esperquerie de Guernesey.

CATHÉDRALE DE COUTANCES (*Supplémentaire*).

Nº 337.

Registre des églises des Iles, avec détails de leurs patrons et de leurs revenus, dressé par ordre de Jean d'Essey, évêque de Coutances, commencé en 1251 et arrêté en 1279. Ce Registre formait partie du Livre Noir.

Registrum confectum super patronatibus ecclesiarum tocius dyocesis Constanciensis per inquisitionem factam coram venerabili patre Johanne Constanciensi episcopo anno Domini mº ccº liº per personas et rectores ecclesiarum juratos et super valore earumdem secundum collectores decime quinti anni et sexti anno Domini mº ccº lxxº octavo et nono.

Decanatus Gersoii.

Ecclesia sancti Broelardi. Patronus Abbas sancti Salvatoris vicecomitis et percipit duas partes garbarum et rector sextam. Abbatissa de Cadomo duodecimam. Abbatissa Monasterii Villario duodecimam. Item Rector habet vj. virgatas elemosine et valet dicta ecclesia annis communibus xxx. libras turonensium.

Ecclesia sancti Petri. Patronus Abbas sancti Salvatoris vicecomitis et percipit medietatem garbarum. Abbatissa Cadomensis quartam garbam et Abbatissa Monasterii Villaris aliam quartam excepta Carucata de Norberteis. Rector percipit novalia et habet iiij virgatas elemosine et valet xxx libras turonensium.

Ecclesia de Trinitate. Patronus Abbas Cesariburgi. Abbas sancti Salvatoris vicecomitis percipit sextam garbam. Abbas Cesarisburgi terciam et liberam decimam. Episcopus Abrincensis medietatem garbarum. Rector percipit novalia et habet viij virgatas elemosine et valet communibus annis xxx libras turonensium.

Ecclesia beate Marie. Patronus Abbas Cerasiensis. Abbas sancti Salvatoris vicecomitis percipit sextam garbam. Abbatissa Cadomensis et Monasterii Villaris quelibet quartam partem garbarum. Rector percipit terciam partem garbarum et habet xvj. virgatas elemosine et valet xxx libras turonensium.

Ecclesia de Grouvilla. Patronus Abbas de Exaquio et percipit ibi quartam garbam. Abbas sancti Salvatoris vicecomitis sextam. Abbatissa Cadomi et Monasterii Villaris medietatem. Rector percipit nonam [(1)] garbam et habet xij virgatas elemosine et valet annis communibus L. libras turonensium.

Ecclesia sancti Johannis. Patronus Abbas sancti Salvatoris et percipit totam decimam, et est ibi prioratus [(2)] ejusdem monasterii et sunt ibi xij. virgate elemosine et valet xviij. libras turoñ.

Ecclesia sancti Audoeni. Patronus Abbas sancti Michaelis in periculo maris et percipit ibi duas garbas et iiij. libras turonensium. Abbatisse Cadomi et Monasterii Villaris quelibet duodecimam garbam. Abbas sancti Salvatoris vicecomitis sextam. Rector habet iiij virgatas elemosine et valet xxxv. libras turonensium.

Ecclesia sancti Laurencii. Patronus Abbas de Blachalanda et percipit terciam partem decime. Abbas sancti Salvatoris vicecomitis sextam. Episcopus Abrincensis medietatem. Rector habet xvj virgatas elemosine et valet xxx libras turonensium.

Ecclesia sancti Salvatoris. Patronus Archidiaconus Vallis Virie in ecclesia Constanciensi, et est ibi vicarius qui reddit Archidiacono annuatim xx. libras. Dominus Episcopus Constanciensis percipit medietatem decime. Archidiaconus terciam. Abbas sancti Salvatoris sextam et habet vicarius xxiiij virgatas elemosine.

Ecclesia sancti Clementis. Patronus Abbas sancti Salvatoris. Rector percipit quartam et quintam garbam. Abbas sancti Salvatoris, Abbatissa Cadomi et Monasterii Villaris residuum et ibi sunt xxiiij virgate elemosine et valet xl. libras turonensium.

Ecclesia sancti Helerii. Patronus Abbas sancti Salvatoris vicecomitis perciplt ibi medietatem decime et Rector de illa medietate percipit quintam partem. Abbatisse Cadomi et Monasterii Villaris quelibet quartam partem. Rector habet xv. virgatas elemosine et valet xl. libras turonensium.

Ecclesia sancti Martini veteris. Patronus Abbas Cerasiensis et percipit ibi C. solidos de pensione. Rector percipit terciam partem

(1) Il faut lire " duodecimam " au lieu de " nonam " pour établir les proportions exactes.

(2) Le Prieuré de Bonne Nuit.

decime et habet xxvj virgatas elemosine. Abbas sancti Salvatoris vicecomitis percipit sextam garbam. Abbatisse Cadomi et Monasterii Villaris quelibet quartam partem et valet lxx. libras turonensium.

Decanatus de Insulis Gierneroii.

Ecclesia sancti Petri in portu. Patronus Abbas Majoris monasterii et percipit in dicta parrochia iiij^{or} partes decimarum et valent xl. libras, et Rector percipit quintam partem cum altalagio et valet iiij^{xx} libras.

Ecclesia sancti Sansonis. Patronus Abbas Majoris monasterii Turonensis et percipit ibi tres partes decime valent xx. libras. Rector percipit quartam partem cum altalagio, valet xxx. libras.

Ecclesia sancti Andree. Patronus Abbas Majoris monasterii et percipit ibi tres partes decime que valent xxx. libras turonensium. Rector percipit quartam partem cum altalagio et est ibi elemosina valet xxv. libras.

Ecclesia de Tortavilla. Patronus Abbas Majoris monasterii et percipit ibi duas partes decime que valent xx. libras. Rector percipit terciam partem cum altalagio et valet xxv. libras.

Ecclesia de Foresta. Patronus Abbas Majoris monasterii et percipit ibi tres partes decime que valent ad firmam xl. libras. Rector quartam partem cum altalagio valet xl. libras.

Ecclesia sancti Petri de Bosco. Patronus Abbas sancti Michaelis et percipit ibi duas partes decime que valent lx. libras. Rector terciam partem cum altalagio et valent xl. libras.

Ecclesia sancti Salvatoris. Patronus Abbas Montis sancti Michaelis et percipit omnes decimas et medietatem sepulturarum que valent C. libras. Rector percipit ibi residuum et valet xxv. libras.

Ecclesia sancte Marie de Castro. Patronus Abbas montis sancti Michaelis et percipit ibi omnes decimas que valent iij^{c} libras. Item medietatem sepulturarum et Rector residuum, valet xl. libras.

Ecclesia de Valleria.(1) Patronus Abbas Montis sancti Michaelis et percipit ibi omnes majores decimas que valent lx. libras. Item medietatem sepulturarum. Rector percipit residuum altalagii solum valet L. libras.

(1) de Vallo.

Ecclesia de Bellusa. Patronus Abbas de Blancalanda. Abbas Majoris monasterii percipit ibi duas partes decime. Abbas de Blancalanda terciam et Rector percipit altalagium solum, valet xxxv. libras.

Anno xlix° ista ecclesia collata fuit fratri Henrico canonico de Blancalanda pro eo quod non reperiebantur seculares qui ad ipsam essent ausi accedere et hoc de gracia speciali. Actum die ascentionis xxj die Maij.

Ecclesia sancti Tugualis.[1] Patronus Abbas Cesarisburgi; valet xxx libras. Episcopus Abrincensis percipit ibi unam portionem decime que valet circiter vj. libras.

Ecclesia de Serco. Patronus Episcopus Constanciensis. Episcopus Abrincensis percipit ibi duas partes decime que valent circiter xiiij. libras et Rector percipit terciam partem et altalagium et valet annis communibus xl. libras.

(1) Dans l'île de Herm.

L'ABBAYE du MONT St. MICHEL (*Supplémentaire*).

PRIEURÉ DU VALLE (Guernesey).

No. 338.

Dix Rôles contenant divers mémoires pour servir à la recette des revenus de ce prieuré.

I.

Mémoire des arrérages de rentes payables en froment de 1284 à 1308.

Somme totale : 82 quartiers, 1 boisseau, 6 quints, (grande mesure).

II.

Idem, pour les années 1283 à 1308.

Somme totale : 65 quartiers, 3 boisseaux, 1½ quint, et deux parts d'un quint, soit 52 quartiers, 2 boisseaux, 3 denerels (grande mesure)

III.

Rôles de paiements dus en argent pour l'année 1306, ainsi que de listes d'arrérages d'années antérieures, des honoraires de la Cour du fief, et des revenus des moulins.

La somme totale n'est pas donnée, à l'exception d'une somme de 93 l. 3 s. (bonne monnaie) pour les honoraires de la Cour sur les ventes de propriétés.

IV.

Rôle (déchiré) de paiements dus en argent pour les années 1305–1307 ; suivi d'une liste d'enterrements et de sommes dues pour rentes payables en nature et en argent. La valeur n'est pas totalisée.

V.

Mémoire des arrérages de rentes dues à frère Jean de la Porte, naguère Prieur du Valle, pour les années 1306 et 1307 ; suivi de listes des honoraires de la cour, des amendes et des enterrements.

Somme totale du poulage, 174 poules, 14 chapons ; froments pour 1307, 174 quartiers, 10½ denerels, et en plus arrérages se montant à 152 quartiers, 2 boisseaux, 2 denerels. (tous grande mesure).

Seulement 83 quartiers furent reçus.

VI.

Rôle (incomplet) des débiteurs, dans les années 1322 et 1323, d'honoraires de la Cour, d'enterrements, et autres articles dus au Prieuré ; suivi des listes des débiteurs du temps que Renaud Pastey fut prieur et de redevances dues par le prieuré. Le montant n'est pas totalisé.

VII.

Rôle (sans date) des regards dus en chapons, en poules et en argent au Prieuré. Non totalisé.

VIII.

Rôle (sans date) du poulage dû au Prieuré. Non totalisé.

IX.

Rental des rentes et du mélage dus en 1339 au Prieuré. Non totalisé.

X.

Rental (sans date) de rentes en froment dues au Prieuré. Non totalisé.

NOTE.

La longueur de ces comptes a rendu leur impression impossible. Ils contiennent cependant des détails précieux sur les conditions économiques qui existaient à Guernesey aux 13e et 14e siècles, ainsi que sur les noms de lieux et les noms de famille. Nous ajoutons quelques données générales.

Agriculture : Les rentes payables en nature démontrent que le froment était la récolte principale, quoique le seigle, l'orge, les fèves et les pois fussent cultivés assez considérablement. Quelques rentes, mais peu nombreuses, se payaient en avoine et en lin. Des rentes de gerbes de blé ou de paille, de paille hachée, de poules, de chapons, d'œufs, de cire et de jonc des marais, étaient en usage.

Mesures pour les Céréales : La plupart des rentes étaient payables par "petite mesure", qui était sans doute l'étalon du fief du Valle dont on trouvera mention dans plusieurs documents publiés dans ce Cartulaire. Les divisions de cette mesure sont identiques à celles usitées à Guernesey jusqu'à tout récemment, viz. :—

5 quints	=	1 denerel
3 denerels	=	1 cabot
2 cabots	=	1 boisseau
4 boisseaux	=	1 quartier.

Cependant il ne faut pas en conclure que la capacité de la mesure était toujours la même.

Quelques rentes étaient payables par " grande mesure " ; le quartier étant divisé en 4 boisseaux, dont chacun représentait 6 denerels. Le document ci-dessus, numéro II, nous apprend que " la grande mesure " dépassait " la petite mesure " en raison de 5 à 4.

Un troisième étalon, *mensura Comitis,* existait aussi, probablement celui du Fief du Comte.

MONNAIE : Ces rôles indiquent clairement les difficultés de la comptabilité au Moyen-Age. Sans parler d'autres pièces de monnaie qui circulaient généralement, il y avait deux espèces de la monnaie de Tours, qu'on appelait " forte " et " faible ". La forte monnaie en 1306 valait quatre fois environ la faible.

PRIX DES DENRÉES :

	Forte monnaie.	*Faible monnaie.*
Froment par quartier (petite mesure).	10 s. à 10 s. 8 d.	34 s. à 58 s.
Seigle ,,	8 s. à 10 s.	32 s.
Orge ,,	7 s. à 9 s. 4 d.	20 s. à 40 s.
Pois par boisseau ...	2 s. à 3 s.	10 s. à 12 s.
Fèves ,, ...	2 s. à 3 s.	14 s.
Lin par cabot ...	8 s.	

IMPORTATIONS : Les vins, le charbon de bois et les cuirs d'Angleterre.

LA COUR DU FIEF DU VALLE : On peut recueillir quelques renseignements utiles à ce sujet, par les listes des honoraires sur les ventes et sur les saisines de terres, ainsi que des mémoires des amendes perçues. De ces deux sources le Prieuré dérivait un revenu important.

TENURES DE L'ABBAYE DU MONT ST. MICHEL : A Guernesey il y avait 22 Bordages qui dépendaient du fief du Valle :—au Court, de Michel de la Lande, à l'Escachier, à Langre (ou L'Angle), de Richard Aales, Nordest, de Pierre Bele, à Laloe, de Richard du Chemin, Esclarabie, Hervi, des Rocques, des Hungiers, Peysson, Becquerel, au Rebours, de Etienne Renaut, de Richard Naon, Galliot, Giffard, Salmon et au Bort.

Le Prieuré du Valle tirait des revenus des fiefs suivants :— Le Canelly, Longues, Les Reveaus, Suart, Carteret, Sottevast, les Charruées ès Gervaises et de Rosel, ainsi que de quelques arrières-fiefs, tels que Mannetot et Groucie, et des dîmes de Salinelles et des Foquez.

L'Abbaye possédait cinq moulins :—Grand Moulin, Petit Moulin, du Valle, de la Perelle, et de Becquet. L'emplacement d'un moulin à vent est mentionné.

L'herbage de Jethou valait 20 sols, et le Prieuré de Herm devait 5 quartiers de froment de rente, qui valait 53 s. 4 d. Le Prieuré de Lihou, qui dépendait de l'Abbaye, ne rapportait pas apparemment de revenu. On peut conclure des termes du document N° 128 que Lihou fut plutôt une source de perte.

Les honoraires pour les enterrements étaient reçus des paroisses du Valle, de St Sauveur et du Câtel.

Noms de Famille : Plusieurs noms de famille sont exclusivement Guernesiais, comme Cohu, Lenfestey, de Vic, de Beauvoir, de Lisle, de Sausmarez. D'autres, autrefois communs aux deux îles, ne survécurent qu'à Jersey et sont aujourd'hui exclusivement Jersiais, tels que Falle, Payn, Anley, Anquetil, Vibert.

D'une étude de ces rôles il est permis de tirer deux conclusions d'une portée générale :

1. Le grand nombre de personnes mentionnées offre une preuve qu'à cette époque il existait une population nombreuse dans les îles.
2. Les moines de l'abbaye ne pouvaient ou ne voulaient pas insister sur la perception à date fixe de leurs revenus. Non seulement une part considerable des revenus de chaque année fut portée sur les rôles comme arrérages, mais ces arrérages ne furent réglés qu'après de longs délais. Des paiements à valoir sont marqués sur les rôles et en beaucoup de cas les articles sont rayés, apparemment au moment du règlement final.

CATHÉDRALE D'AVRANCHES.

N° 339.

Bulle du Pape Benoît XII, datée de Pont de Sorgues, le 15 Juillet 1336, et adressée à l'Archevêque de Rouen, donnant congé à l'Evêque d'Avranches, au Doyen et au Trésorier de la Cathédrale d'Avranches, d'échanger ou de vendre les dîmes, rentes, terres, et autres possessions appartenant à l'Evêque d'Avranches dans les îles de Jersey, Serk et Herm, dont la valeur n'excède pas cent dix livres tournois, et cela vu les inconvénients résultant de l'éloignement de ces îles, et des périls de la mer.

[A l'égard des possessions de l'Evêque d'Avranches dans les îles, consultez le Rôle d'Assises de 1309, p. 78, et le N° 337 de ce Cartulaire].

Venerabili fratri archiepiscopo Rothomagensi salutem et significavit nobis venerabilis frater noster Johannes episcopus Abrincensis quod tam ipse quam predecessores sui episcopi Abrincenses qui fuerunt pro tempore in marinis insulis de Gerseyo, de Serc et de Herm, Constantiensis diocesis, sub dominio carissimi in Christo filii nostri Edwardi, regis Anglie illustris, certos annuos fructus, redditus et proventus in decimis, terris, possessionibus et nonnullis rebus aliis consistentes consueverunt percipere annuatim, qui quidem redditus et proventus centum et decem librarum turonensium parvorum valorem annuum non excedant, de quibus tam propter locorum distantiam et maris gravisima pericula quam nonnullis causis aliis ad plenum gaudere non potest nec etiam potuerunt, sed ea interdum nonnullis ex prefatis predecessoribus minus utilitatis quam laboris et oneris attulerunt. Quare pro parte ipsius episcopo nobis extitit humiliter supplicatum ut sibi et successoribus suis episcopis Abrincensibus qui erant pro tempore concedere dignaremur quos predictos fructus, redditus et proventus conjunctim vel divisim cum aliis fructibus, redditibus et proventibus annuis consimilis vel diversi generis citra mare in locis aptioribus et utilioribus pro sua ecclesia Abrinsensi licite permutare vel etiam ipsos simul vel per partes vendere valeant, ita tamen quod quicquid ex venditione hujusmodi pervenerit in acquirendis aliis fructibus, redditibus et proventibus annuis pro dicta ecclesia citra mare ut prefertur in locis similiter aptioribus et utilioribus convertatur, et quod in casu in quo hujusmodi vendicio fieret pecunia que pro dictis fructibus, redditibus et proventibus recepta fuerit in thesauro ecclesie sub claribus episcopi Abrincensis et dilectorum filiorum decani ac thesaurarii dicte ecclesie qui tunc erunt donec in aliis fructibus simul vel per partes converti valeat integre et fideliter conservetur Nos igitur de premissis noticiam non habentes ac gerentes de tue circumspectionis industria fiduciam in Domino specialem paternitati tue per apostolica scripta commictimus et mandamus quatinus de premissis omnibus et singulis auctoritate nostra plenarie te informans si per informationem hujusmodi repereris quod ex permutatione et venditione fiat melior conditio ecclesie prelibate, episcopo et successoribus predictis et eorum cuilibet faciendi premissa, ut prefertur, quoad temporalia dumtaxat, eadem auctoritate plenam et liberam licentiam largiaris. Datum apud Pontem Sorgie, Avinionensis diocesis, idus Julii anno secundo.

1336, Juillet 15.

[*Registre d'Avignon du pape Benoit XII (aux Archives du Vatican), t. III (an. II, part. II) fol. 404 recto*].

LA FAMILLE DE CHENEY.

N° 340.

Charte de Henri III, datée de Bordeaux, le 29 Septbre 1241, concédant à Guillaume de Cheney la terre qui appartenait à Guillaume de Comandas dans la paroisse de St Ouen, à Jersey ; (le fief de Morville, voir Extente 1274, p. 23).

1241, Sept. 29. **Henricus** Dei gratia Rex Angliæ etc. Sciatis nos dedisse concessisse et hac carta nostra confirmasse dilecto et fideli nostro Willelmo de Chaeny terram *... .. cum pertinenciis que fuit Willelmi de Cumandas in insula de Gerese in parochia sancti Audoeni habendam et tenendam *.................. de nobis et heredibus nostris donec terra nostra Angliæ et terra Normanniæ sint communes et eam reddiderimus rectis *.............. voluntatem nostram faciendo servicium inde debitum. Quare volumus et firmiter percipimus pro nobis et heredibus *.............. .. et heredes sui in perpetuum habeant et teneant totam terram predictam cum pertinenciis bene et in pace libere et quiete *.........[liber]tatibus et liberis consuetudinibus ad terram illam pertinentibus donec terra nostra Angliæ et terra Normanniæ *... .... dediderimus rectis heredibus per pacem vel voluntatem nostram sicut predictum est. Hiis Testibus [Ricardo comite Cor]nubiæ fratre nostro, B. de Insula Comite Devoniæ, Johanne filio Galfridi Hugone de Viuoñ, *.............. de Mulcegros, Nicholao de Boleville, Ricardo de Clifford, Waltero de Luctoñ, et aliis *........... apud Burdegalam vicesimo nono die Septembris Anno Regni nostri vicesimo sex*......

[*L'original aux archives de Warwick Castle. N° 1136*].
[*Fragment du sceau*].

N° 341.

Bail à ferme par Baudouin de Ver, fils et héritier de Robert de Ver, de ses terre et tenement situés à Guernesey, à Guillaume du Vivier et à Robert, fils de Guillaume, ou au survivant d'eux, pour le

* Parties déchirées.

terme de dix années à partir du 29 Sept. 1257, à un loyer de 25 livres sterling par an payable à la St. Michel de chaque année au prieuré de Southwick (Hants) proche Portsmouth.

Omnibus Christi fidelibus hoc scriptum visuris vel audituris Baldewynus de Ver filius et heres Roberti de Ver salutem in Domino sempiternam. Noveritis me ad firmam dimisisse et concessisse totam terram meam et tenementum una cum omnibus proventibus et exitibus et omnibus aliis pertinentiis tam in terra quam in mari in Gernesoio mihi pertinentibus Willelmo de Vivario et Roberto ejusdem filio vel eorumdem alteri quem vivere diutius contigerit a festo sancti Michaelis anno regni regis H. filii regis J. quadragesimo primo usque ad decem annos proximos sequentes plenarie completos. Pro viginti et quinque libris esterlingorum solvendis singulis annis ad festum sancti Michaelis michi vel meo certo attornato qui literas meas patentes de aquietacione secum deferat apud prioratum de Seuwyk in Anglia, juxta Portesmue, unde prima solucio incipiet ad festum sancti Michaelis anno regni regis H. filii regis J. XL ii°. Et Ego Baldewynus et heredes mei totam dictam terram et tenementum meum cum omnibus predictis proventibus et exitibus et omnibus aliis pertinentiis tam in terra quam in mari dilecto Willelmo de Vivario et Roberto ejusdem filio vel eorumdem qui diutius vixerit videlicet ad predictum terminum decem annorum plenarie completorum contra omnes gentes warantizabimus. Et si ita contingat quod ego per defectum dicte solucionis ultro diem sancti Michaelis moram faciam vel certus attornatus meus ad dictum locum omnes expensas quas ego fecero vel certus attornatus meus post dictum diem tenebuntur aquietare. Et similiter si contingat ipsos ibidem ultra dictum diem, me non veniente vel certum nuncium mittente moram facere omnes expensas quas ipsi ex tunc fecerint eisdem aquietabo. In cujus rei testimonium et securitatem huic scripto presenti sigillum meum apposui. Hiis testibus Johanne de Ver, Radulfo Takel, Luca de Capstan, Willelmo filio Baldewini. Roberto de Islep capellano, Roberto de Westwode, Henrico Le franchome de Adintoñ, Johanne de Adintoñ clerico et aliis. Datum apud Adintoñ V. Idus Septembris anno gratiæ M° CC°. LVij°. 1257, Sept. 9.

[*L'original aux archives de Warwick Castle. N°. 1137*].

Nº 342.

Circa 1269. Lettre du Prince Edouard, fils de Henri III, Seigneur des Iles, adressée à Messire Guillaume de Barentin, Bailli des Iles, lui mandant d'examiner une charte que Guillaume de Cheney et Félicie, sa femme, avaient de Baudouin de Ver, concernant les terres et tenements que ledit Baudouin possédait en l'île de Guernesey, et lui ordonnant aussi de permettre à ladite Félicie d'avoir la possession desdites terres, que son mari possédait, suivant aux lois et coutumes de l'Ile.

[*L'original en latin aux archives de Warwick Castle, Nº 1130. Le sceau manque*].

Nº 343.

1270, Juillet 16. Lettre du Prince Edouard, fils de Henri III, Seigneur des Iles, datée de Westminster et adressée au Bailli des Isles, lui mandant de mettre Félicie, veuve de Guillaume de Cheney, en possession de toutes les terres et tenements, dans l'Ile de Guernesey, que Baudouin de Ver tenait et qui furent donnés à Robert de Melèches, d'autant que le Prince ne voulait pas lui causer de préjudice quelconque.

[*L'original en latin aux archives de Warwick Castle, Nº 1133b*]

Nº 344.

1270. Mémoire concernant plusieurs procès institués devant la Cour Royale de Guernesey, sous bref du Bailli, par Félicie, veuve de Guillaume de Cheney.

1. Elle actionne Guillaume Cauqueterre, Nicholas Cauqueterre, Simon dit May, Richard Peysant et tous les autres tenants du fief de la Chapelle, en la paroisse de St Sauveur, pour venir moudre leur blé aux moulins de son fief du Comte (suite de moulin). Elle demande qu'un jury soit assermenté pour déclarer le droit et la coutume.
2. Elle actionne Guillaume Sarre, Robert Sarre, Thomas Falle, et tous les autres tenants de 30 acres de terre sur le fief d'Appemare dans la paroisse de St Pierre du Bois pour suite de moulin aux mêmes moulins du fief du Comte.

3. Elle demande qu'une enquête par un jury soit faite de ce que Thomas de Vic et Avice, sa femme, Drouet de St. Martin et Guillemine, sa femme,(1) forcent les tenants des fiefs d'Appemare et de la Chapelle de moudre leur blé à leurs moulins, et cela à son préjudice.
4. Elle actionne ledit Thomas de Vic et sa femme et ledit Drouet de St. Martin et sa femme de voir termer loyal devis (*legales divisas*) entre leurs terres discordables à Beauvallet en la paroisse de St. Sauveur, et en particulier par rapport à un étang ou réservoir (*stagnum aquaticum*) qu'ils avaient construit audit endroit dit Beauvallet, et cela à son préjudice.

[*L'original en latin aux archives de Warwick Castle, No. 1133*].

No. 345.

